¶ Primo pōt beatitudo accipi in suo esse generali in q̄tum est bonū quoddā sufficientissimuz ⁊ sic est oibus nota. Quilibet em̄ scit q̄d est bonum ⁊ quid est sufficientissimū. Et hoc mō omnes beatitudinem apetūt. Nā sic apetere beatitudinem nihil est aliud q̄ apetere vt volūtas satiet̄ quod q̄libet vult. Et hoc est qđ Boetius dixit in. iij. de ꝓsolatione. Omnis nanq̄ mortalium cura q̄ multipliciū studioꝝ labor exercet diuerso q̄dem calle ꝓcedit: ad vnum tñ beatitudinis finem nitit̄ puenire. Et sumit̄ hic vnus finis ꝑm Geraldum oddonis sup ꝑmuz ethicoꝝ non ꝑm speciem opinionis: ꝫ ꝑm ꝓportionem. Nam sicut leuia habent vnū finem ꝑm speciem nature. s. locū sursum. Et grauia habent aliuz finem ꝑm speciem nature. s. locū deorsum. tamen grauia ⁊ leuia habent vnū finem ꝑm ꝓportiōz nature. Eo q̄ ita se habet locus deorsuz ad grauia. sicut locus sursum ad leuia. Ita ⁊ oēs homines tendūt ad vnū finem ꝑm ꝓportionē opinionis. eo q̄ ita se habet pecunia ad auruz in q̄ opinat̄ se fieri posse vnum sicut delectatio libidinis ad luxuriosum: q̄ in sua luxuria putat cōstare beatitudinem. Omnes q̄pe apetūt quicq̄d etiam indebite apetunt tanq̄ ꝓsummatum bonū. Secūdo pōt beatitudo accipi in suo eē speciali in q̄tum. s. consistit nō in bonis ꝑsentis vite: ꝫ in clara dei visione ⁊ pfecta eius dilectōne ⁊ gaudio qđ habeb̄ de dei bonitate ꝑsenti p claram eius visionem ⁊ pfectā dilectōz. Et ꝫ mō beatitudo non fuit nota ꝑbis. quam tñ postq̄ xp̄s dei filius venit in mundū oēs qui volūt agnoscere desiderare ⁊ acq̄rere valēt. Ipe quidem q̄ lux fuit ⁊ splendor ois veritatis viaz nobis summi boni ostendit. Ipe clamauit Mat. iiij. ca. dicēs. Penitentiā agite apropinq̄bit regnum celorū. Et. v. c. Merces vr̄a copiosa est in celis. Et. vj. c. Nolite thesaurizare vob thesauros in terra. thesaurizate vobis thesauros in celo. Et Johā. xvij. c. Hec est vita eterna. vt cognoscant. s. facie ad faciem te verū deū: ⁊ quē misisti Jesum xp̄m filiū tuū. Et completis humane redēptionis mysterijs quadragesima die post̄q̄ surrexit a mortuis: videntibus discipul' eleuatus est: ⁊ ascendit ad celos. Idcirco Lactantius li. vij. diuinaꝝ institu. ait. Pater enim vester ac dñs qui condidit firmauit̄q̄ celū: qui librata magnitudine sua terrā vallauit montibus: mari circūdedit: amnibusq̄ distinxit. ⁊ q̄c quid est in hoc mūdo mirabile cōflauit ac perfecit ex nihilo. ꝑspectis erroribus hoim: ducez misit q̄ nobis viam iusticie panderet. Hunc sequamur omēs: hunc audiam⁹: huic deuotissime pareamus. qui solus (vt ait Lucreti⁹) veridicis hominū purgauit pectora dictis. ⁊ finem statuit torpedinis atq̄ timoris ostēdit̄q̄ bonū summū quo tendimus omēs q̄d fozet. atq̄ viā monstrauit limite paruo: quo possem⁹ ad id recto contendere cursu. Nec tñ ostendit: ꝫ etiam ꝓcessit: ne q̄s difficultatis gr̄a iter ꝟtutis horreret· hec ille. Tertio pōt accipi beatitudo in suo esse specialissimo ꝑput. s. est actualiter in beatis: cui⁹ magnitudinē nequaq̄ explicare possum⁹. q̄ nulla sensibilis expientia quarūcūq̄ delectationum ꝑsentis vite minimā ꝓtem illius dulcedinis pōt designare. Et oculus nō vidit nec auris audiuit: neq̄ humanū cor excogitauit vnq̄ q̄ ingens sit illa supna felicitas. Hinc Greg⁹. homelia inquit. Si considerem⁹ fratres charissimi que ⁊ q̄ta sunt que nobis ꝓmittunt̄ in celis vilescūt animo omnia que habent̄ in terris. Terrena nanq̄ substantia supne felicitati comparata: pondus est nō subsidiuz. Tempalis vita eterne vite comparata: mors est potius dicenda q̄ vita. Hinc in transitu beati Hieronymi scribit hec verba Aug⁹. ad Cirilluz eo die ⁊ hora qua Hieronym⁹ sanctissimus ex hac luce migrauit. dum Jponie in cellula mea q̄escens de gl̄a beatorum cogitarem: vellemq̄ de illa tractatū breuem componere compulsus ꝑcibus nostri seniori quondam venerabil' Martini epi turonensis discipli: charta calamo pugillariq̄ susceptis volui epistolam scribere sanctissimo Hieronymo destinandā: vt quid ipe in re tam difficili sentiret: responderet. Cūq̄ iam scribens salutationis exordiuz Hieronymo ꝑsentarem: ineffabile subito lumen cum inaudita odorū fragantia cellulam in qua stabā intrauit: horaq̄ iaz cōpletorij

Ad quã visionẽ ꝓpter rei tam admirabil' nouitatẽ ꝓterrit⁹ esse cepi. Cũq; ꝗdnam id essz attẽtius cogitarem de luce vox insonuit dicẽs. Augustine Augustine ꝗd q̃ris? ꝓutas ne breui immittere vasculo mare totum: modico includere pugillo terraꝝ orbem. Celũ firmare ne suos exerceat mot⁹. Infinite rei ꝗs inerit finis? Immẽsa quã mẽsura metieris? ꝓotius totuz mare in artissimo clauderet vasculo. poti⁹ orbem terrarum paruus teneret pugillus: poti⁹ a motu cõtinuo celum desisteret: q̃z gaudiorum & glorie q̃bus beatorũ anime sine fine potiunt minimam particulã intelligeres: nisi vt ego experiẽtia docearis. discurre ad hoc breue tempis spatium & talia satage opa exercere: vt postmodũ ibi que hic aliqliter intelligere cupis in eternũ habeas. Interroganti vo mihi ꝗs nam esset ꝗ talia tam grauissime loqueret. Respondit benigne: Hieronymi illius p̃sbyteri cui ep'lam scribere cepisti sum aima que in hac hora in bethleem carnis onere deposito iocũda & gloriosa pgo ad regna celorũ. post q̃ & alia multa q̃ mecũ ꝓtulit a meis oculis lux disparuit. Quanto igit̃ min⁹ beatitudinis supne sblimitas põt comphendi: tanto ardentius est a nobis exoptanda.

Qꝝ beatitudo consistit in aĩa. in intellectu videlicet et in volũtate. Ca. II.

Secundũ mysterium ꝓtemplandũ de btitudinis subiectũ. in ꝗ tria dubia sunt absoluẽda.

¶ Primũ vtrũ btitudo sit act⁹ aime tm̃.

¶ Scõm vtrũ sit actus intellect⁹ & volũtatis.

¶ Tertium vtrũ sit p̃ncipalius in actu voluntatis q̃z intellectus.

¶ Ad p̃mũ dubiũ rñdet Riccardus in. iiij. di. xlix. q̃ btitudo est actus aie tm̃. Nã btitudo est nobilissimũ qđ in hoie possit esse: nec in creaturis infra hoies ꝓuenire põt. Oportet ĝ q̃ cõsistat in actu ppio homini: nõ quocũq; & nobilissimo. Actus aũt hois ꝑpius nõ est nisi ille ꝗ ẽ homis p illam formã q̃ homo est: hoc est autez aima intellectiua. Nobilissim⁹ ĝ actus hois est ille ꝗ sibi cõuenit fm aiam intellectiuaz: siue sit cognitio siue dilectio. Ex quo damnat̃ opinio illorũ qui dixerũt aiam sine corpe btãm esse nõ posse. Naz vt inqt Tho. p̃ma scõe. q. iiij. loquẽdo de btitudine pfecta q̃ in dei visione cõsistit: sine corpe aia põt esse beata. qm̃ intellectus ad sui opatõz non indiget corpe nisi ppt̃ fantasmata in ꝗbus intelligibilẽ veritatem cõtinet: diuia aũt essentia p fantasmata videri nõ põt. Unde cũ in visiõe diuine essentie pfecta hois beatitudo cõsistat: non depẽdet btitudo hois a corpe. quare & ipm corpus ad pfectõz btitudis nõ requirit̃. Sciendũ tm̃ q̃ ad pfectõz alicui⁹ rei dupliciter aliqđ ptinet. Uno mõ ad ꝓstituendam essentiã rei. sicut aima requirit̃ ad pfectiõez hominis. Alio mõ requirit̃ ad pfectõz rei id qđ ptinet ad bñ esse eius: sicut pulchritudo corporis & velocitas ingenij ptinet ad pfectionem hois. Quãuis ĝ corpus p̃mo mõ ad pfectõz btitudinis hũane nõ ptineat. ptinet tm̃ scõo mõ. Quare q̃to aima pfectior erit in sua natura: pfecti⁹ habebit suam ꝓpriam opatõz in qua ꝓsistit felicitas: ꝫ vo erit cũ suo corpi ipa beata reuniet̃. Propter illã aũt vnionẽ nõ erũt homi necessaria exteriora ista bona: q̃ corp⁹ ex cõiunctione sui ad aiam erit glosum ac impassibile. Naz vt scribit dñs Bonauen. in suo. iij. di. xx. viij. Contingit aliqđ esse beatum triplicit̃. s. p essentiam. & p p̃mã influentiã: & p quandã redundantiaz. Btm̃ p essentiã est solus de⁹. Beatum p p̃maz influentiã est solus rõnalis spũs. Btm̃ denicq; p quandã redundantiã est corp⁹ hũanuz in qđ gaudiũ glie redũdat ex ꝓximctõe sui ad animam btãm. Et licz corp⁹ humanũ nõ sit ad imaginẽ dei p se. tm̃ vnitũ est aie q̃ est ad dei imaginez: & rõne illi⁹ est btitudinis cõparticipabile. Si vo aliqs instaret ꝫ dicta de exteriorib⁹ bonis quia vid: ꝫriũ. Nam cib⁹ pot⁹ diuitie & regnũ exteriora bona sunt: & hec pmittunt̃ beatis. Unde Lu. xxij. xps dixit Edatis & bibatis sup mensam meã in regno meo. Et Mat. vj. Thesaurizate vobis thesauros in celo. Et Matth̃. xxv. ꝓssidete paratũ vob regnũ. ĝ & ista ad btitudinem exigunt̃. Rñdet Tho. q̃ oia ista metha phorice sunt intelligẽda. fm q̃ in scptur̃ solent spũalia p corpalia designari. Sic̃ p cibuz & potum intelligit̃ delectatio btitudinis: p diuitias sufficiẽtia q̃ sufficit homi de⁹: p regnum exaltatio hois vsq; ad ꝓiunctõez cũ deo. Scõm dubium fuit vtrũ btitudo sit actus intellect⁹ & voluntatis sit̃. Et licet ꝗdam teneãt q̃ essentia beatitudinis vite hũane in solius intellect⁹ actu cõsistat ita q̃ nullo mõ in actu volũtatis. Tamen Riccardus in. iij. vbi. s. dicit. q̃ btitudo cõsistit in actu volũtatis & intellectus simul. Cuius rõ est: q̃ essentia btitudinis vite hũane ꝓsistit in pfecta vniõe aie rõnal' cũ deo. Hec aũt vnio includit vnionẽ aie cũ deo fm oẽm sui potentiam q̃ quam vnibil' est cũ eo imediate. Potẽtia aũt aie rõnalis nõ tm̃ est intellect⁹ ꝫ volũtas. & per quãlibet illaz vnibil' est cuz deo imediate. Sic̃ cũ deus sb rõe qua summũ verũ est imediatuz obiectus intellectus broz ita sb rõe qua summũ bonũ est immediatũ obiectũ volũtatis eorum. Quãuis eñ ipo imediate nõ fruerent̃ nisi ipm immediate viderẽt: tm̃ imediatũ obiectũ voluntatis eoz̃ nõ est ipa visio sũmi boni: ꝫ ipm sum

muz bonū. Non eñ volūt summū bonū ꝓpter illā visionē sicut ꝓpter finē: ꝫ volūt ipaz visionem ꝓpter ipm summū bonū sic ꝓpe vltimuz finem. Ipm ḡ summū bonū ꝑmo ⁊ immediate est ab ipis volitū. ḡ est volūtas eoz imediatuz obiectū. Ergo pfecta vnio aie cū deo in q̄ btitudo ꝯsistit est ꝑ intellectū ⁊ voluntatē. Itaq; in actu vtriusq; simul ꝯsistit. Et si obȝceret ꝙ auctoritates ꝝrium nolentibus eas intelligere cōtrariū sonare videnť: puta qz in visione dicunt btitudinem cōsistere. Rñdet Riccardus. ꝙ sp includūt cōcomitantē dilectōz. Nam ꝯsumma ta dei dilectio insepabiliter concomitať claram eius visionem. ꝓpterea Aug⁹. li. j. de trini. ca. penultimo dicit. ꝙ visio est summū ꝑmium ⁊ ipa est actus intellect⁹. Et in. j. li. de doctrina xp̄iana idem dicit. Hec est summa merces vt ꝑ fruamur deo: summa merces est btitudo. ⁊ fruitio est actus voluntatis q̄ visionem cōcomitať

¶ Tertiū dubium erat vtrum btitudo ꝑncipalius consistat in actu voluntatis q̄ intellectus? Et rñdet Riccardus ꝙ sic. ꝓmo qz sicut inť habitus vie charitas est donum ꝑncipali⁹ ꝑm Aug⁹. xv. de trini. c. xviij. Ita inter habit⁹ patrie charitas patrie est donum ꝑncipalius. Bz in patria nobilioz habitus hz nobiliozem actū. Ergo deum pfecte diligere q̄ est actus charitatis patrie est actus nobilissimus anime. cū ḡ in nobilissimo actu ꝑncipalissime cōsistat beatitudo. ⁊ diligere sit actus volūtatis: ꝑncipali⁹ cōsistit in actu volūtatis q̄ intellect⁹. Secō ꝓbatur ꝙ beatitudo ꝑncipalius ꝯsistit in actu volūtatis q̄ intellect⁹. ex eo ꝙ volūtas est nobilioz potentia q̄ sit intellectus. Nam Bern. in li. de libero arbi. dicit rōem esse quodāmodo pediſſe quam voluntatis. Et Anſel. in li. de ꝯceptu ỽginali. Dominiū totius regni aie attribuit voluntati. Et Aristo. in. vij. politice. c. v. potētia q̄ eligimus ꝑncipalioz est. Adhuc id ꝓbať quia volūtas in suo actu cogi non pōt: nec circa ea q̄ sunt ad finem necessitari. Intellectus autē cogi potest ⁊ circa ea que sunt ad finem necessitari. Insup magis potest transformare aiam voluntas q̄ intellectus: ⁊ suum obiectū respicit sb ratione nobilioꝛi. Bonum eñ est obiectum volūtatis. Ens obiectū intellectus. Ratio aūt boni est pfectioꝛ q̄ sit ratio entis. Tertio ꝓbať quia deus est vltimus finis maxime sb ratōe q̄ bonū qđ patet qz ex hoc ꝙ creature oꝛdinanť in ipm vt in finem maxime est in eis ratio bonitatis. sicut ꝑ hoc ꝙ ipm respiciunt vt exemplar: maxie est in eis ratio veritatis. Sed deus sb rōe qua summū bonū est volūtatis obiectum sb rōne q̄ summū ens vel verū est intellectus obiectuz: ḡ volūtas magis respicit deum ſub rōne finis q̄ intellectus. Sed deus sb rōe qua vltim⁹ finis ⁊ beatificans. ḡ sub ratiōe qua est beatitudis obiectum: ꝑncipalius tendit volūtas in ipm q̄ intellectus. Et sic ꝯsistit btitudo ꝑncipali⁹ i actu voluntatis q̄ intellectus.

¶ Qꝛ beatitudo non potest esse in bois ꝑsentis vite. Capitulū. iij.

Certiū mysteriū

t contemplanduz oꝛ btitudinis obiectum: in quo tria sunt dubia absolue (da.

¶ ꝑmū vtrū btitudo sit q̄d creatū.

¶ Secōm vtrū btitudo possit amitti.

¶ Tertiū vtrū btitudo possit in hac vita hri.

¶ Ad ꝑmum dubiū respondet Riccardus vbi supra. et Tho. ꝑma fe. q. iij. ꝙ btitudo vite humane dupliciter potest accipi. Uno mō ꝓ illo bono in quo pfecte ⁊ plenarie req̄escit humana vita. Alio mō ꝑ pfecta quiete humane vite in illo bono que cōsistit in ꝑfecta hois coniunctione cum illo bono. ꝓmo mō beatitudo accipiť ꝑ beatitudinis obiecto. ⁊ sic beatitudo ē q̄d increatū. s. ipe deus. Beatitudo aūt secūdo mō accepta est aliq̄d existens in beato tanq̄ ei⁹ vltima ⁊ plenaria pfectio. ⁊ sic est aliq̄d creatū. Cum eñ beatitudo consistat in visione dei. videre deum est act⁹ creature videntis. ¶ Secōm dubiū fuit vtrū btitudo possit amitti? Et ad ꝫ dicimus ex sententia sancti Tho. ꝑma fe. q. v. ꝙ btitudo potest triplicit̄ consideraꝛi.

¶ ꝓmo in sua impfectione.

¶ Secūdo in sua generali ratione.

¶ Tertio in sua speciali restrictione.

¶ ꝓmo pōt beatitudo cōsideraꝛi in sua impfectione. put. s. beatitudo est illa impfecta qualitas que in hac vita haberi potest siue sit felicitas contemplatiua siue sit actiua. Hec quidem amitti pōt licet nō de facili. sicut patet in felicitate contemplatiua que amittiť vel ꝑ obliuionez puta cum coꝛrumpiť scientia ex aliqua egritudine vel etiā ꝑ aliquas occupatiōes. q̄bus totaliter abstrahiť aliquis a contemplatiōe. Patet etiam idem in felicitate actiua. voluntas enim hominis transmutari potest vt in vitiuz degeneret a ỽtute. Ideo ꝓbus dicit in. j. ethi. aliquos esse in hac vita beatos nō simpliciter: ꝫ sicut homines quoꝛū natura mutationi ſbiecta est. Secundo potest beatitudo ꝯsideraꝛi in sua generali ratiōe. ⁊ sic btitudo non pōt amitti. Cū enim sit pfectum bonū ⁊ sufficiens oportet q̄ desiderium hominis q̄etet: ⁊ omne malū excludat. Naturaliter aūt hō desiderat retinere bonū qđ habet ⁊ q̄ eius retinendi securitatē obtineat. Alioquin necesse est ꝙ vel timoꝛe amittendi vel dolore de certitudine amissionis affligať. Requi

ritur ꝙ ad veram beatitudinem q̄ hō certā opi
nionem habeat bonū quod hz nunq̄ se amissu
rū: que ꝺē opinio si vera sit: ꝯsequens est q̄
beatitudinem nunq̄ amittet. Si aūt falsa sit: h̄
ipm est quoddam malū. ſ. falsam opinionem ha
bere. Nam falsum est malū intellectus sic̄ verū
est bonū ipius. vt dicit in. vj. ethicoz. Non ꝙ
iam erit vere beatus si aliqō malū ei ineſt. Ter
tio potest btitudo ꝯsiderari in sua spēali restri
ctione inq̄tum. ſ. pfecta beatitudo cōsistit in vi
sione diuine essentie. Et sic btitudo nullo mō po
test amitti neq̄ ex pte videntis neq̄ ex pte dei.
neq̄ etiam ex pte alicuius alterius agētis. Nō
ex pte videntis. qz impossibile est q̄ aliqs vidēs
diuinam essentiā velit eam nō videre. Ratio ē:
qm̄ omne bonū habitū quo ꝙs carere vult: aut
est insufficiēs z querit aliꝺ sufficiens loco ei⁹.
aut hz aliqō incōmodū annexū ꝓpter qō in fa
stidium venit. Visio autē diuine essentie replet
aiam oib⁹ bonis. z non hz aliqō incōmodū ad
iunctū. Quare ꝓpa voluntate non pōt beatus
beatitudinē deserere. Silr beatus non pōt bea/
titudinem pdere deo sbtrahente. qz cum subtra
ctio beatitudinis sit q̄dam pena. non pōt taꝝ pe
na a deo iusto iudice ꝓuenire: nisi p aliq̄ culpa
que cadere non pōt in eum q̄ dei essentiā videt
cum ad hanc visionem de necessitate sequat re
ctitudo volūtatis. Non pōt etiaz btitudo amit
ti ex pte alicuius alteri⁹ agentis. qz mēs deo cō
iuncta sup omnia alia elevat. z sic ab hmōi con
iunctione nullum aliud agens pōt ipam exclu
dere. Est ꝙ beatitudo pfectio ꝯsummata q̄ oēm
defectum excludit a beato. Et ideo absq̄ muta
bilitate adducat eam habenti: faciente hoc vir
te diuina que hominē subleuat in participatio
nem eternitatis transcendentis oēm mutatiōem
Idcirco male dixit Origenes seq̄ēs quoꝝn
dam platonicoꝝ erroꝛē q̄ post vltimā beatitu
dinem hō pōt fieri miser. Tertiuz dubium fuit
vtrū beatitudo possit haberi in hac vita. Et ad
hoc respondemus q̄ nō. loquendo de lege cōi.
z hoc ꝓpterea: qz dns noster Jesus xp̄us fuit
viatoz z comp̄hēsoz. Quare vo in hac vita ꝙs
beatus esse non potest assignari possunt tres ra
tiones p̄cipue.

¶ Prima dicit insatiabilitatis.

¶ Secūda penalitatis.

¶ Tertia mortalitatis.

¶ Prima ratio ꝺz insatiabilitatis. Ut em̄ inq̄t
dns Bonauen. di. v. q̄rti libz. Btitudo ē finis
satians appetitū. sed bona p̄sentis vite nō satiāt
appetitū: nō diuitie: nō delitie: nō honoꝛes: non
fama: non gloria: non q̄cūq̄ desiderabilia z de
lectabilia excogitari possunt. vt docet experien
tia. Ergo nec in hmōi bonis beatus ꝙs reputa
ri debet. Tho. vo. ſ. pte. q. ij. dicit. Impossibi
le est beatitudinem hois esse in aliq̄ bono crea
to. qz btitudo est bonū pfectum qō totaliť quie
tat appetitū: alioquin non esset vltim⁹ finis si ad
huc restaret aliq̄ꝺ appetendū. Obiectum autez
voluntatis est vniuersale bonū sicut obiectum
intellectus est vniuersale verū. Ex quo patz q̄
nihil pōt quietare voluntatē homis: nisi bonū
vniuersale: qō non inueniť in aliquo creato: ſ
solum in deo. qz omis creatura hz bonitatē par
ticipatam. Unde solus deus voluntatem hois
implere pōt. Idco Dauid in psal. dixit. Satia
boꝛ cum apparuerit gl̄a tua. Et Aug⁹. li. j. ꝯfes.
Fecisti nos dñe ad te. z inquietum est coꝛ nr̄m
donec quiescat in te. Et in. iiij. li. Redite inq̄t p̄
uaricatoꝛes ad coꝛ z inhererete ei q̄ fecit vos. sta
te in eo z stabitis: quiescite in eo z quieti eritis
Quo itis in aspera? Quo itis? Bonū qō queri
tis ab illo est. Quia igiť aīma eo imago dei est:
quo eius capax est z pticeps esse potest. vt scri
bit Aug⁹. xiij. de trini. Idcirco nulla creatura
anime capacitatem implere valet. Secunda ra
tio cur in hac vita nō possit ꝙs esse beatus dici
tur penalitatis. vt enim ait Tho. p̄ma p̄e. q. v.
Beatitudo excludit omne malū. Vita aūt p̄sens
multis malis z penalitatibus subiacet q̄ vitari
non p̄nt. Et ignorantie ex pte intellectus z inor
dinate affectionis ex pte appetitus: z multiplici
bus laboꝛibus: calamitatib⁹ z erūnis ex parte
coꝛporis. Quomō igiť in tot fluctuatiōib⁹ bea
tum se credere ꝙspiam habet. Inq̄t Job. c. xiij
hō natus de muliere bꝛeui viuēs tempe reple
tur multis miseriis. Et Hiero. ad Heliodoꝛuz.
Ubiq̄ luctus: vbiq̄ gemitus z plurima moꝛti
imago. Et Boetius li. ij. de ꝯsolatiōe. Q̄ mul
tis amaritudinibus humāe felicitatis dulcedo
resperſa est: que z si fruenti iocunda esse videa
tur tñ quo minus cuz velit abire retineri nō po
test. Et Seneca in tragediis. Nulla soꝛs longa
est: doloꝛ atq̄ voluptas inuicem cedūt. Nemo
vtiq̄ reperiť qui diutius in quocunq̄ sit statu
delectari possit z absq̄ turbatione vl̄ animi vl̄
coꝛpis ptransire. Nemo (inq̄t Seneca vbi s.)
confidat nimiū secūdis. Nemo desperet meliо
ra lapsis. Et ad Lucillum. Noli huic tranquil
litati confidere: momento mare euertiť z eodez
die vbi luserunt nauigia soꝛbenť. Quisnam feli
cioꝛ iudicari potuisset. Policrato tyranno sam
mioꝝ. De ipo quipe refert Tullius in li. de fi
nibus bonoꝝ z maloꝝ. Et idem ꝯfirmat Va
lerius de mutatiōe moꝝ z foꝛtune. q̄ adeo sibi
foꝛtunam obsequiosam habuit q̄ omnia desi
derata pficiebat. Ad moderandam igitur foꝛtu
ne inuidiam sumpto e manu annulo quem pre
ciosum possidebat in mare iecit. sed inopinate

illū repente recupauit. Naz post dies paucos a piscatorib⁹ piscis captus q̄ annulū sozbuerat tyranno donatus est. Accidit tandez q̄ adūsus Dariū plaz regem duxit exercitū. z q̄ Ortuthes p̄fectus Darij illū acie fuderit cepitq̄z & in summo megalensis montis ꝓtice suspendi iusserit. Et relictus auibus lacerandus q̄ vbiq̄z felicissime in terra vixerat in aere miserrime expirauit. Mutanť oia q̄ sunt in hoc mūdo. z nihil ē stabile. nihil firmū nihil deniq̄z tutum. Ideo sapiens Ecclesiastes. ij. c. dicebat. Vidi in omnibus vanitatem z afflictionem spūs z animi: et nihil pmanere sub sole. ¶ Tertia rō q̄re in p̄nti vita nullus potest esse btūs ꝺz mortalitaſ. Omnes quippe ad mortē tendim⁹ cui⁹ man⁹ potentissimas. nullo ingenio: nulla vi. nulla arte. nullo p̄cio euitare valemus. Instat ceruicib⁹ nr̄is Si q̄s igiť dixerit aliquez btūm eo q̄ diuitijs affluat. statim respondebo. Non sic: non sic. q̄z diuites moriunť. Si q̄s affirmauerit aliū esse beatum eo q̄ oibus delitijs hui⁹ seculi p̄fruať. Ad hoc respondebo. nequaq̄z sic est. q̄z post breuez hanc vitā omēs hoies morienť. Si q̄s beatuz reputauerit eum q̄ ozbi vniuerso dominaretur Clamabo z ego q̄ nec regna siue impia beatuz hoiez reddūt. qm̄ z p̄ncipes z reges z purpurati z imp̄atozes oēsq̄z dn̄i morienť. Et ideo cū Lactantio ꝯcludimus dicēte. iij. li. Summuz bonū q̄ btōs facit non p̄t esse nisi in ea religione atq̄z doctrina cui spes immortalitaſ adiuncta est. Igiť demus operā ne decipiamur tp̄alium bonoz̄ suauitate atq̄z mundū audaťer sub pedibus habeam⁹. eoq̄z tm̄ vtamur vt sic tādē pueniamus ad fruitionem illā beatā. ad quam nos pducat Jesus filius dei q̄ cum p̄re z spūsāncto viuit z regnat in secula seculoz̄. Amen.

¶ Sermo vigesimus secūdus de gaudijs beatoz̄ qui letabunť ex visione dei et dotatione coꝛpoz̄ atq̄z habitatione in celo empireo.

Exultabunt sancti in gl̄ia. Illuminati pp̄he vba sūt ista oziginaliť. ps̄. cxlix. Licz arta sit via que ducit ad vitam q̄tum est ex pte ꝓtuosoz̄ actuum. Nihilomin⁹ facillima atq̄z suauis ex consideratiōe futuri p̄mij. Inquit enim Origenes sup ep̄las ℙauli. Spes futuroz̄ laboribus requiem parit. Ihinc Ihiero. Eustochiū v̄ginem in ep̄la ad eandem cōmonet. vt allicientes blandicias seculi ad q̄ mens humana cōiter inclinať padisi recoꝛdatōe cōculcet. Ait ergo. Quotiēs te vana seculi delectat ambitio. Quotiens ibi videris aliq̄d glorioſum. ad paradisū mente trāsgredere. z esse incipe quo futura es. Egredere q̄so paulisp de carcere coꝛpis tui: et p̄sentis laboris mercedem añ oculos depinge. quā oculus nō vidit z auris nō audiuit. nec in coꝛ hois ascendit. Ꝟ ille. Idcirco vt in via dn̄i expeditius foꝛtiusq̄z bn̄ viuendo ambulem⁹. decreui in p̄senti ꝑmone de gaudio btoꝝ ꝓba facere. Qō vtiq̄z q̄ sit immēsum ostendem⁹ maxime ppter tria.

¶ Primo ppter dei visionem.
¶ Scōo ppter coꝛpis dotationē.
¶ Tertio ppter loci habitatiōez.

¶ Qualiter p̄t videre essentiam diuinam hō vel angelus. et quō nō omēs vident illā equaliter et quanta sit in illa visione iocunditas et delectatio.

Capitulum. I.

Primo ostendamus q̄ sit copiosum gaudiū btoꝝ ppter dei visionem. de qua tria sunt consideranda.

¶ Primum dicit possibilitas.
¶ Secundū inequalitas.
¶ Tertium iocūditas.

¶ Primū considerādū ꝺz possibilitas. Ubi inuestigandū est. vtrū possit q̄s hō vel angel⁹ videre deū in sui essentia siue facie ad faciē. Et pte vera z affirmatiua dicimus q̄ sic. Nam vt dicunt doctoꝛes in. iiij. di. xlix. Et ē de h̄ glosa sup illud psal. Ostendā illi salutare meū. Coꝛona merces est visio. z ad hoc facit auctoꝛitas ap̄li qui. j. ad Choꝛin. xiij. c. ait. Videmus nūc per speculū in enigmate: tunc aūt facie ad faciez. Et iterū ibi. Nunc cognosco ex pte. tūc cognoscaz sicut et cognitus sum. Et xp̄s Mat. v. ait. Beati mūdo coꝛde: q̄m ip̄i deū videbunt. Et mat. xxviij. c. Angeli eoz̄ semp vident faciem p̄ris mei q̄ est in celis. Sed nonnulli arguūt ꝓtendentes p̄bare q̄ nulla creatura p̄t videre diuinaz essentiam. Et hoc tripliciť. Primo auctoꝛitate. Secūdo rōe. Tertio exemplo. Primo p̄batur auctoꝛitate. Naz scribiť Joh. j. c. Deum nemo vidit vnq̄z. Que vba sic pleq̄ť Aug⁹. ad paulam de videndo deū. q̄m sicut natura incoꝛruptibilis ita z natura inuisibilis. Et Chryſ. super Johem exponens dictuz p̄allegatū inquit Idip̄m q̄ deus est nō solum p̄phete: ſ nec angeli viderūt nec archangeli. Quod em̄ creabile nature est qualiť videre poterit q̄ increabile? Et Ap̄lus. j. ad Thimo. vlti. ca. dicit de deo. Solus habet immortalitatē: z lucē habitat inaccessibilē: quam nullus vnq̄z videre potuit: ſ nec q̄z p̄t. Et Dionysius lib. de mystica theolo

gia ait. Deus inuisibil' est ⁊ incognoscibil' oēm sensum supans ⁊ omnem intellectum. Secūdo arguūt sic. Nā cognoscentis ad cognitū oport tet esse ꝓportionem. cū cognitum sit pfectio cognoscentis. Sed nulla est ꝓportio creature ad creatorē. qz in infinitū distant. ḡ nulla creatura pōt videre diuinam essentiam. Tertio istud videtur posse ꝓbari exemplo. Nam Exo. xxxiij. ca. habet. Qualit dum loqueret de⁹ Moysi cui apparebat in sīg vel sbiecta creatura Moyses dixit. Ostende mihi gloriam tuam. id ē fm Nico. de lira. Ostende mihi teipsum sicut videris in gloria. Et dns respondit ei. Non poteris videre faciem meam. Non videbit me hō et viuet. Et infra. Posteriora mea videbis. faciē autem meam videre nō poteris. Pro solutiōe pre dictorū ⁊ intelligentia veritatis notare debem⁹ tres catholicas ꝓpositiones sequentes Alexandrum de ales in primo volumine summe. Et Bonauenturā in suo. j. di. iij. Et Tho. j. pte. q. xij. Prima veritas. Q essentia dei videri nō potest oculis corpalibus. qz deus incorporeus est vnde nec sensu nec imaginatiōe videri pōt: fs solo intellectu. Et si dicerek q deus pōt videri ab homie; visione imaginaria. qz dicit Esa. vj. ca. Vidi dñm sedentē sup solium excelsuz ⁊ eleuatum. vt visio imaginaria a sensu originem habet. quia fantasia est motus factus a sensu fm actum. vt dicit. iij. de anima. ergo deus sensibiliter visione videri potest. Respondet Tho. q in visione imaginaria non videk ipa dei essentia: sed aliqua forma in imaginatiōe formata representans deum fm aliquem modū similitudis. put in scriptura diuina p res sensibiles metaphorice describunt. Secunda ꝓpositio q nullus homo vel angelus potest videre diuinam essentiam visione intellectuali ꝓpria vi nature Ratio est fm Tho. in. iij. summe contra gentiles. qz quod est superioris nature ꝓprium. non potest conseq natura inferior: nisi p actionē superioris nature cuius est ꝓprium. Sicut aqua non potest esse calida nisi p actionez ignis. Videre autē deum p ipam diuinam essentiā est ꝓprium nature diuine. Operari em fm ꝓpriam formam est ꝓprium cuiuslibet operantis. nulla ergo intellectualis sbstantia potest videre deū vel diuinam essentiam nisi de hoc faciente. Et hoc est quod dicit ad Romanos. vj. c. Gratia dei vita eterna. qz videre diuinam essentiā conuenit intellectui creato p gratiā nō p naturam. Tertia ꝓpositio. Q videntes p essentiam deū licet apprehendant essentiā diuinā. nō tn illā cōphendunt. vident nanq essentiam diuinā infinitam. sed mō finito. nam illud comphendi dicitur qō pfecte cognoscit. pfecte aūt cognoscitur qō tn cognoscit qtū cognoscibile est. Unde si illud qō est cognoscibile p scientiaz demonstratiuam opinione teneat. ex aliqua rōne ꝓbabili concepta. nō comphendit. puta si hoc quod ē triangulū habere tres angulos equales duob⁹ rectis aliqs p demonstratiōz cognoscat cōprehendit illud. Si vo aliqs opinionem eius accipiat p hoc q a sapiētibus ⁊ philosophis ita dr non comphendit ipm. qz non ptinget ad illum pfectum modum cognitōis quo cognoscibile ē Nullus autez intellectus creatus ptingere pōt ad illum pfectum modum cognitōis diuine essentie quo cognoscibilis est. Quia cum essentia diuina sit infinita infinite cognoscibilis est. ⁊ intellectus creatus nō potest illam infinite cognoscere. In tn enim aliquis intellectus creat⁹ diuinam essentiam pfectius vel minus pfecte cognoscit in qtum maiori vel minori lumine glorie pfundit. Cum ergo lumen glorie in quocūq intellectu creato receptum non possit esse infinitum. Impossibile est q aliquis intellect⁹ creatus deum infinite cognoscat. Probant ista per Augustinū q in lib. de cognitiōe vere vite ait. Deus est spūs incomprehensibilis. Et in. xij. libro de ciui. dei. ca. xviij. inquit. Quicqd scientia comphendit scientis apprehensiōe finit. Et idem ad paulā de videndo deū. Aliud est videre. Aliud totū bidēdo comphendere. videk q necessariū pfens sentit. Comphendit qō ita videtur: vt eius nihil lateat: cuius fines conspici possunt. Un cū de⁹ sit infinit⁹: nulli creature est comphensibilis. Quis igit non admirek parit ⁊ collaudet infinitā celsitudinē summi dei: quē licet tot milia miliū angelorū ⁊ hominum clare videāt ⁊ intelligāt summe bonū. summe felicez summe glosum. summe sapientē. sūme pulchrū. sūme delectabilē. sūme desiderabilē. sūme potētem. summe iustū. sūme clementē. sūme dñantē. summe regnantē. ⁊ silia. Tn in his excedit adhuc incompabilit cognitōez illorū. Soluenda ergo iam sunt obiecta. Et ad auctoritates atq exemplu dicim⁹. Q deus in sui essentia videri non pōt visione corpali. neq ꝓpria vi nature. visione intellectuali. Sed tali visiōe videri potest cum adiutorio ipius dei illuminantis ⁊ eleuantis intellectum creatum ad suam beatam visionem. Nec sic etiam videri potest a creatura visione cōphēsionis. vt iaz est pdictū. Ad rōz q in ꝓriū adducta fuit rndet Tho. q ꝓportio dr duplicit. Uno mō certa habitudo vni⁹ qtitatis ad alteram. Alio modo quelibet habitudo vnius ad alterum hoc mō scdo pōt esse ꝓportio creature in deū in qtū se hz ad ipm vt effectus ad causam aut potentia ad actuz. Et fm hoc intellectus proportionatus esse potest ad

cognoscendū deuz. Et vt clarius loquar. Alia est ꝓportio ſm q̄titatem. vtputa est ꝓportio aque in duabus vasis eiusdem ꝓtinentie: et sic nō est ꝓportio inter deū ⁊ creaturā. Est alia ꝓportio ſm quandam attingentiā siue ordis conuenientiā. ⁊ sic est ꝓportio inter guttulā aque ⁊ aquā oceani: etiam si esset infinita. hoc mō ē ꝓportio inter intellectū creatū angeli vel hois et ipm deū. Exquo Aug⁹. dicit li. xiiij. de tri. Eo aīa imago dei est quo eius capax est: ⁊ particeps esse potest. ¶ Scōm ꝓsiderādū de btā visione dei ꝺr inequalitas. licet eīn tot milia miliū angelorꝫ ⁊ hoīm videant essentiam dei. tn̄ non omnes equaliter vident. Unde saluator nr̄ Johan. xiiij. c. dixit. In domo p̄ris mei mās̄iones multe sunt. vbi glo. i. diuersa p̄mia meritorū. Hec autem inequalitas ſm Tho. vbi. s. erit p hoc q̄ intellectus vnius habebit maiorē virtutem seu facultatem ad videndū deū q̄ alī⁹. Facultas ꝺo videndi deū vt dictum est nō competit intellectui creato ſm suā nām: ſ p lumen glie qđ intellectum in q̄dam dei formitate cōstituit. Unde intellectus plus ꝑticipans de lumie glie pfectius deuz videbit. Plus aūt ꝑticipabit de lumine glorie q̄ plus hz de caritate. Quia vbi est maior charitas ibi est maius desideriū. ⁊ desideriū quodāmodo facit desiderantē aptum et paratū ad susceptionem desiderati. Unde qui plus habet de charitate pfectius eum videt: et cū maiori btitudine. Si ꝺo aliq̄s obstaret ex ꝺbo Johānis. qui p̄ma canonica. c. iij. ait. Videbimus eū sicuti est. sed ipe vno modo est. q̄ vno mō videbit ab omnibus. ⁊ sic non pfectius ab vno q̄ ab alio. Rn̄dere possumus ſm Tho. q̄ cum dicim⁹. videbim⁹ eum sicuti est. aduerbiū determinat modū visionis ex pte rei vise. vt sit sēsus. Videbimus eū ita esse sicuti est. q̄ ipsuz esse eius videbimus qđ est eius essentia. Non aūt determinat modū visionis ex parte videntis. vt sit sensus q̄ ita erit pfectus modus vidē di sicut est in deo pfectus modus essendi. Qua re diuersitas illa videndi non erit ex parte obiecti. q̄ idem obiectum omībus p̄sentabit. s. dei essentia. Sed erit p diuersam facultatem intellectus nō naturalem: sed glorioſam. ¶ Tertiuz considerandū de visione dei dicitur iocūditas Erit vnicuiq̄ videnti deum tanta iocūditas ⁊ plena leticia vt in illa omne homis desiderium quiescat nihilq̄ amplius appetat. Ratio est ſm Riccardū in. iiij. di. xlix. q̄ vnusquisq̄ naturaliter appetit suam pfectionem. Secūdaria vero humani intellectus pfectio cōsistit in pfectiōe sui actus qui est intelligere. Nunq̄ aūtē actus intelligendi est pfectus: nisi fit respectu nobilissimi intelligibilis ⁊ nobilissimo modo intelligē di. Nobilissimū intelligibile est deus. nobilissimus modus intelligendi est intelligere ipsuz in sui substantia. Exquo tam amabilis tamq̄ gratissima est visio illa: q̄ si quis ꝓponeret alicui beato. vellet ne p milia milium annorū esse in hmundo absq̄ hoc q̄ videret deū. haberetq̄ omnes diuitias. omēs thesauros. omēs pecunias omnes p̄cioſos lapides. omnia localia. omia regna mundi. omnia delicata cibaria. omnem virorum clarissimorū famam ⁊ gloriā. ac desiderabilia queq̄ que in hoc seculo possunt esse. statim clamaret. Discede a me ⁊ sine me esse in deitꝫ visionis dei que sola incorporaliter excedit quelibet temporalia bona. quelibet temporalia gaudia. quālibet pbozꝫ scientiā. quālibet regū ⁊ impatorum p̄eminentiā. Hinc Aug⁹. lib. iij. de libero arbitrio ait. Tanta est illa pulchritudo iusticia ⁊ incōmutabilis lucis eterne q̄ si nō liceret in eo morari plusq̄ vnius diei horā. propter hoc solum innumerabiles anni huius vite pleni circūfluentia bonorꝫ temporaliū recte meritoq̄ contemnerent. Et li. x. de ciui. dei. c. xv. inquit. Illa nanq̄ beata visio dei tante pulchritudinis visio est ⁊ tanto amore dignissima vt sine hac quibuslibet alijs bonis preditū ⁊ abundantem non dubitem ꝓtinus infelicissimuz dicere. Et Apostolus. j. ad Chorin. c. ij. Oculus non vidit ⁊ auris non audiuit. nec in cor hominis ascendit: que p̄parauit de⁹ his qui diligūt illum. Cuz autem experiemur ea admirabimur ⁊ letabimur scientes multo vberiorem esse felicitatem ipam sanctorū q̄z rumor qui insonat nr̄is auribus in hac vita. Sicut factum legim⁹ de regina Sabba: que venit a finibus terre ad Salomonem audita fama ipius: vt ꝺr. iij. Re. x. c. Hec cum considerasset sapientiā Salomonis: vidissetq̄ domū quaz edificauerat: ⁊ cibos mēse eius. ⁊ habitacula ꝺuorū ⁊ ordinem ministrātium vestesq̄ eorū ⁊ pincernas ⁊ holocausta q̄ offerebat in domo domi. non habebat vltra spiritum. Dixitq̄ ad regem. Verus est ſmo quez audiui in terra mea sup ſmonibus tuis ⁊ super sapientia: ⁊ nō credebam narrantibus mihi donec ipa veni ⁊ vidi oculis meis ⁊ ꝓbaui q̄ media ps mihi nunciata non fuerit. Maior est sapientia tua ⁊ opera tua q̄z rumor quez audiui. Beati viri tui ⁊ beati ſui tui q̄ hic stant coram te sp ⁊ audiūt sapiam tuam. O igit̄ p̄clarum illum diem cū aīa nr̄a ad visionem illā diuinā attinget. Cōperiet ꝓfecto tn̄ esse illius visiōis delectationē q̄ merito dicere poterit. O deus dulcissime beati q̄ te querūt. beati q̄ te habent. beati q̄ te vident. beati q̄ habitant in domo tua beati denicq̄ q̄ mundo sꝑneto te verū ⁊ summuz bonum desiderāt.

¶De origine dotiū corporū beatorū et de numero atq; conditione illarū. Capitulū. II.

DEcūdo ostēdim⁹ q̄ sit copiosum ⁊ immensum gaudiū btōr ꝓpter corpis dotatōiz. de quibus dotibus tria consideremus.

¶Primo originationem.

¶Secūdo distinctionem.

¶Tertio conditionem.

¶Prio cōsiderem⁹ originatōz. vñ. ſ. erit origo dotiū in corpib⁹ btōr. Ad qđ ita dic̄ Riccar. in. iiij. di. xlix. Dotiū origo erit a deo p creationem vt q̄dā ꝙo improbilit dicūt. Vñ p tāto dr q dotes erūt in corpe a btitudine aie p q̄ndam redūdantiā. q2 de⁹ illas creabit in corpib⁹ btōr ꝓpt meritū aiar. q2 in via ⁊ sibi ⁊ corpib⁹ suis glām meruerūt. Vel pōt dici ꝓbabiliter. q origo illarū dotiū erit a deo. non tñ p creatiōem: ſ mediante btitudine anie. q2 sicut dicit Aug⁹. in epla ad Dioscorū. Tam potentem fecit de⁹ animam vt ex ei⁹ plenissima btitudine q̄ in fine temporū sctis ꝓmittit redundet in inferiorem naturam q̄ est corp⁹ nō btitudo q̄ fruentis ⁊ intelligē tis est ꝓpria: ſ plenitudo sanitatis ⁊ incorrupti onis vigor. Hñs aūt Bonauen. in suo. iiij. di. xlix. ita posuit. Q̄ est loqui de dotibus corpis i q̄bus eius glorificatio consistit: vel q̄tū ad dispositionem vel q̄tum ad ꝙsummatiōz. Si q̄tum ad dispositōz sic dicunt dispositiōes q̄ sūt qualitates absolute ipius corpis q̄ sibi dantur a deo in eius reformatione. Si q̄tum ad ꝙsummationē. sic dico q̄ sunt a gloria aie siue ab anima gloriosa. Unde sicut in pñti aīa in corp⁹ influit. ⁊ p illam influentiā corpus est coloratius durabilius ꝟtuosius et agilius q̄z cum aīma separat. Sil⁹ dico in ꝓposito suo mō q aīa gloriosa influens in suū corpus omēs dotes istas ad quas dispositionem habebat p sui reformationem pficit ⁊ ꝙsummat. ¶Scđo ꝙsideremus de dotib⁹ btōr corporꝫ distinctōz. distinguuntur em̄ a sanctis q̄tuor dotes ipm corp⁹ gloriosum pficientes: vicz impassibilitas. claritas. ſbtilitas ⁊ agilitas. Hō aūt huius numeri ⁊ sufficientie assignat a Bonauen. q2 corp⁹ nr̄m ex cōpositū ex q̄tuor elemētis. ⁊ q2 elemēta sunt imp fecta. q̄druplicem hz ab eis defectibilitatē. Ab aq̄ q̄ elementū humidū ⁊ passibile hz passibilitatē ⁊ corruptōz. vñ humidū aqueū corp⁹ corrūpit. A tra q̄ est elementū opacū hz obscuritatem. Ab igne aīalitatez q2 calor ꝙsūmit ꝙtinue. iō ꝙtinue indiget cibor alimonia. Ab aere hz i firmitatē. Aer em̄ facile imutat ⁊ cedit cuilibet impellēti. Aīa ꝯ q̄tuor isti defect⁹ debēt p bōa opposita remoueri. Ad ꝟ q corp⁹ sit pfectū per fectione cōpleta. Iō q̄tuor sunt dotes ꝟ corruptionem ⁊ passionē incorruptibilitas vel ipassibilitas. Cōtra obscuritatē claritas. Cōtra aīalitatē ſpūalitas. Cōtra infirmitatē ꝟtus siue penetrabilitas. Hinc apl's. ſ. ad Chorin. xv. ca. ait. Seminat in corruptiōe surget i icorruptōe Ecce impassibilitas. seminat in ignobilitate. surget in gla. Ecce claritas. seminat in infirmitate surget in ꝟtute. Ecce ſubtilitas. seminat anima le surget ſpūale. Ecce agilitas. Et Aug⁹. li. xxij de ciui. dei inquit. Abijciet a corporib⁹ nostris omis deformitas. ois tarditas. ois infirmitas. ois corruptio. omis deformitas p claritatem. ois tarditas p agilitatē. ois infirmitas p ſpūalitatem. ois corruptio p impassibilitatem. videt ita q̄ sufficiens ista dotium enumeratio. Nā dotes corporis dicunt non omēs q̄litates: ſ qualitates nobiles ⁊ ꝓncipales de nouo super addite nature. Et q2 de nouo supaddite debent accipi fm naturales defectus. ⁊ hi fm causas ꝓncipales qui sunt quattuor elementa. ¶Tertio considerem⁹ de dotibus corporū beatorū cōditionem. ¶Prima dos est impassibilitas. Erūt enim corpora illa incorruptibilia ⁊ impassibilia Sed huius impassibilitatis causam diuersimode plerique ponunt. Dicūt ergo q̄dam q elementa erunt in corpore glorioso fm ſbstantiam non fm qualitates. Et ideo q2 ſbstantie nihil est cōtrariū. sed vbi nulla est ꝙtrarietas nulla est pugna nec dissolutio. ex consequenti corpora illa erūt incorruptibilia ⁊ impassibilia. sed hoc stare non potest. vt dicit Bonauentura q a corporibus gloriosis vt refert Aug⁹. vitia detrahuntur natura ſuabitur. Sed qualitates elementares sunt eis naturales. ergo manebūt. Si dicas q manent fm essentiam nō fm actū. Contra q2 vnum quodq; nobilius est q̄ñ est coniunctum actui q̄z q̄ñ non. Alij dicunt q corpa btā erunt impassibilia p hoc q cessabit motus celi q̄ cessā tenihil potest moueri. Sed articulus iste excō municatus est. Nam fm Augustinū si cessaret mot⁹ celi adhuc rota figuli posset moueri. Landulfus suo quarto asserit q causa impassibilitatis corpor beator est ex hoc q volūtas diuina nō coagit cuicū q̄ cause scđe corrūpēti. Cessante em̄ ꝓma cā ab actōe cessabit cā sua scđa. Iō nulla cā scđa pōt corrumpe corpora beata. quia deus nō coaget illi sicut corpora trium puerorꝫ erant impassibilia ab igne. q2 deus non coagebat igni ad comburendu eos. licet coageret ei ad talia cōbustibilia. Si obijcias ꝟ ista. q2 tūc impassibitas nō esset dos. q2 nihil poneret i corpore dotato nisi ꝓuationem actionis diuie. Et scđo q2 eodem modo erunt impassibilia corpa

damnatoꝝ qꝛ deus non coaget igni vt corrumpat ea. Rñdet Landulfus q̄ nō oportz q̄ dos sit in dotato. Nam dos nō est in spōsa q̄ dotat: ꝫ sufficit q̄ ex dote aliq̄d fiat circa psonaz dotatam. ⁊ sic est in ꝓposito. Vel dicere possumus q̄ impassibilitas est q̄dam ꝑfectio possiōis seu potētie recipientis passionē. ⁊ ista ꝑfectio est in corpe dotato. ſ. corpe beato: ꝫ est a volūtate diuina. de corpibus ꝝo damnatis dicit Landulfus q̄ nō habebūt dotem impassibilitatis. tum qꝛ fortissime patient ab igne. tum qꝛ nō dat eis ꝓ meritis q̄ nō corrūpant ab igne: ꝫ vt cōtinue crucientur. Riccardus ꝝo in suo. iiij. vbi. ꝑ. refert q̄ in impassibilitate est cōsiderare ⁊ illō qđ ponit ⁊ illud qđ excludit. Quāuis em̄ significetur negatiuo mō. tm̄ res p eam significata non ē ꝑfectio: ꝫ habitus. Est em̄ q̄litas in corpe exredundantia bītudinis aie causata. corpus ꝓhibens ab omni passiōe corruptioni ꝛria. Ꝓbmissis itaq̄ doctoꝝ opinionib⁹ varijs de cā ipassibilitatis illoꝝ corpoꝝ glorificatoꝝ firmit⁊ indubitant tenere debemus: q̄ p̄tacta corpa nec patient nec poterūt pati nec ab interiori nec ab exteriori. nō a frigore nō a calore. nō a fame. nō a siti. non ab egritudinibus ⁊ hmōi q̄bus molestamur in p̄nti vita quotidie. Ideo Apocalip. xxj. c. scribit. Absterget deus omnē lachrymā ab oculis eoꝝ ⁊ mors vltra non erit neq̄ luct⁹ neq̄ clamor. Erit itaq̄ ibi sanitas sine infirmitate. iuuētus sine senectute. vita sine morte. De cūda dos corpoꝝ btōꝝ ꝺr claritas. de hac scribitur Sap̄. iij. ca. Fulgebūt iusti. ⁊ Mar. xiij. ca. Fulgebūt iusti sicut sol in regno p̄ris eoꝝ. Sūt nihilomin⁹ in hac ꝑte tres theologoꝝ ꝓpositiōes attendende. ꝓma est dñi Bonauēture ⁊ Landulfi. q̄ dicunt q̄ corpa btōꝝ erunt luminosa ⁊ colorata. Colorata q̄dem ꝓpter naturam q̄tuor elementoꝝ ⁊ eoꝝ qualitates ex q̄bus constabit corpus humanū. Sed luminosa ratiōe luminis superadditi. nam ⁊ noctiluca de die aparet colorata. de nocte lucida. Sic̄r carbo p sui naturam alicuius coloris est: igne aūt adueniente efficitur luminosus. ⁊ tm̄ nihilominus est coloratus. qꝛ est ibi lux materie terrestri incorporata. Sic corpus resurgens p naturam suam habebit colorem ⁊ claritas luminis superinduet ip̄m sicut ignis carbonem. Secūda ꝓpositio ꝫm Riccardum q̄ lux elemētaris ⁊ lux corporis glorificati nō sunt eiusdem speciei: sed lux est quasi q̄dam imitatio illius sicut lux spūalis aie nō est eiusdem speciei cū spūali luce glie. ꝫ est q̄dam imitatio illius. Sic̄r lux solaris eiusdem speciei nō est cum luce corporis glorificati sed vna est quedam similitudo seu imitatio alterius. Et licet dicat Matth̄. xvij. c. de christo Resplenduit facies eius sicut sol. tamen glosa ibi dicit plus certe q̄ sol: ꝫ non habuit exēpluz maius cui comparet. Tertia ꝓpositio est q̄ lux corporis xp̄i eiusdem speciei est cuz luce q̄ post resurrectionem erat in alijs corporibus glorificatis. Ideo Aplus dixit. Reformabit corpus humilitatis nostre configuratū corpori claritatis sue. Tamen erit differenti a inter lucem corporis xp̄i ⁊ lucem aliorū. Et inter se etiam differunt lux vnius corporis glorioſi a luce alterius ꝫm magis ⁊ minus. quod notauit apls dicens j. ad Chorin. xv. c. Alia est claritas solis. Alia claritas lune. Alia claritas stellarū. Stella em̄ differt a stella in claritate. sic ⁊ resurrectio mortuorum. Nam sicut dicit mgr̄ sn̄iaz in lra. Claritas corporū est differens ꝫm differentiam glie animaz. qꝛ ex claritate beatitudinis anime claritas redundabit i corp⁹. Unde ꝫm ꝓportiōez qua beatitudo aīme xp̄i excedit bītudinē cuiuslibet alterius aīme. sic lux corpis xp̄i excedit lumen futurorum in quocūq̄ alio corpe. Tertia dos corporū btōꝝ erit sbtilitas. vbi dic̄ Riccardus de media villa ex mente p̄hi. Qꝛ res triplici de cā est penetratiua. Aut ꝓpter q̄titatis paruitatē. maxime ꝫm latū ⁊ pfunduz. Unde acus q̄uis longa penetratiua est. Aut ꝓpt̄ raritatem. ⁊ sic aer est penetratiuus. Aut ꝓpt̄ actiue ꝟtutis magnitudinē. Et sic vinū est penetratiuuz multo magis q̄ simplex aqua q̄tūcunq̄ tenuis. Quaꝓpter aqua cuz modico vino bibita magis refrigerat sanū q̄ si p se bibat. qꝛ vinum facit eam ad loca corpis penetrare. ꝫm p̄mam cām penetrandi nō attendit sbtilitas corporū btōꝝ quia in debita quantitate resurgent. Nec etiā ꝫm cām scdaz. qꝛ tota materia que est necessaria ad essentiā eoꝝ resurget in eis. Unde q̄daz errauerūt dicentes q̄ corpa glosa erūt raria aere vel vento. quem errorē vt ponit Gregorius in moralibus tenuit Euticius constantinopolitane vrbis epūs. Igit̄ sbtilitas illoꝝ corporū erit ꝫm tertiam cām. p ꝟtutē nāq̄ beatitudinis aīme erit in beatis corpibus tāta magnitudo ꝟtutis actiue q̄ p eam multo efficaci⁹ poterūt penetrare q̄ ignis vel aer. Uñ Anſel. in li. de ſimilitudinibus int̄ ꝓncipium ⁊ mediū de quolibet beato dicit q̄ intantū erit fortis vt eciam si velit terrā cōmouere possit. Quarta dos corpoꝝ btōꝝ erit agilitas. de q̄ Sap̄. iij. c. scribitur. Tāq̄ scintille in arundineto discurrēt. ſ. beati volabūt ⁊ nō deficiēt. Ad qđ intelligēduz dicit Landulfus q̄ tria cōcurrūt ad agilitatem. ꝓmū est potētia aie motiua. Duplex em̄ motus est in homīe. Unus qui est ꝫm elementum predominans quo mouetur deorsum. ⁊ iste motus non inest sibi p animam. Alius est motus

ꝓgressiuus cuius ꝑncipiū est aīma: q̄ motꝰ tripliciter differūt. Primo qꝛ vnus est ab anima cz ꝓgressiuus. Aliꝰ aūt nō. Scdo qꝛ motꝰ ꝓpriꝰ mus est ad vnū tm̄ eo q̄ sequit̄ ḡuitatem. scdus pōt esse ad diuersa ꝑm diūsam apꝛehensionem sensus quā sequit̄ aīa. Tertio qꝛ in ꝑmo motu grauitas q̄ est ꝑncipiū eius nō pōt desistere: ꝑ i secūdo motu pōt aīa desistere. hz nihilominus aīma potentiā non solū ad motū ꝓgressiuuz oꝛ ganice: ꝑ ad mouendū coꝛpus nō oꝛganice. Dicitur aūt aīma mouere oꝛganice qñ mouet vnā ptem mediante alia. sicut mouendo coꝛ mouet alia membꝛa. ꝛ sic fit motus ꝓgressiuus. Mouet eñ immediate vnam ptez. mediāte illa mouet aliam. ꝛ sic mouet totus hō succesiue. Dicitur etiam mouere non oꝛganice mouendo totum simł. Et sic aīa beata poterit coꝛpus subito mouere: licet non in instanti de loco ad locum. Secundū q̄ occurrit ad agilitatē erit multiplicatio spirituū purissimoꝝ. tum qꝛ spūs vitales erunt purissimi ꝛ vigoꝛosissimi. tum qꝛ coꝛpus replebit aliquo purissimo elemēto. ſ. purissimo aere vt nō sit vacuum: qꝛ non erunt tunc feces. Tertiū q̄ cōcurrit ad agilitatem erit remotio omis dispositionis q̄ est in neruis ꝛ in coꝛpe: et ois ponderositas que non est de essentia nature Et tūc aīa poterit mouere facilit̄ tale coꝛpꝰ vel motu ꝓgressiuo vel totum simul. Si dicas quō stabunt coꝛpa in celo empyreo? Rñdeo q̄ ambulabūt ꝛ mouebuntur ſbito ꝓlibito. si q̄ñ stabunt credit̄ q̄ stabūt erecta. licet eñ coꝛpori ingītum coꝛpus est magis competat sedere vel iacere. Tñ ingītum est instrumentū aīme magis cōpetit sibi stare ꝓpter ꝓticipatōez ad operandum. Unde Stephanus vidit Jesum stantem a dextris dei. Actuū. vij. c.

Q̄ ingens erit letícia beatoꝝz ex eo q̄ habitabūt in celo empyreo. Ca. iij.

Tertio ostēdim̄ q̄ sit copiosum gaudiū beatoꝝum ꝓpter loci habitatōz. qꝛ habitabūt in celo. vbi tria dubia merito declaremus.

¶ Primū vtrū scriptura sacra celi ꝓductionez recte denūciet.

¶ Secundū vtrū celum sit vnū vel plures.

¶ Tertiū vtrū celū sit locus beatoꝝ.

¶ Ad ꝑmū dubiū oꝛit̄ ambiguitas et quidē nō parua. quoniā Gen. j. ca. scribit̄. In principio creauit deus celum et terram. vbi asserit scꝑtura celum ꝑma die creatum. Deinde sequit̄. Vocauit deus firmamentū celum: quod confirmat secunda die factum. Ad hoc respondet Tho. j. pte. q. lx viij. ꝑmo ꝑm Chryſ. q̄ asserit q̄ moyses summarie dixit q̄ deus fecit ꝑmittens. In ꝑncipio creauit deus ⁊c̄. postea ꝑ ptes explicauit. sicut si q̄s dicat. hic artifex fecit hāc domū. ꝛ postea ſbdat. ꝑmo fecit fundamēta. scdo erexit parietes. tertio suposuit tectum. Et sic non oꝑtet nos aliud celū intelligere cū dr. In ꝑncipio creauit deus celū ꝛ terrā. Et cū dr q̄ scda die factum est firmamentū. Secūdo potest dici aliud esse celū q̄ legit̄ in ꝑncipio creatum ꝛ q̄ legit̄ scda die factū. ꝛ hoc diuersimode. Nā ꝑm Augł. Celum q̄ legit̄ ꝑma die factum est natura spūalis informis. Celū aūt q̄ legitur scda die factū est celū coꝛpoꝛeū. ꝑm ꝙo Bedaz ꝛ Berabiū. Celum q̄ legit̄ ꝑma die factū est celum empyreū. Firmamentū ꝙo q̄ legit̄ scda die factum est celum sidereū. Damascenus ꝙo dicit q̄ celū ꝑma die factum est quoddā celū sphericū sine stellis. de quo phi loquunt̄ dicentes ipum esse nonam speram et ꝑmum mobile q̄ mouet motu diurno. ꝓper firmamentū ꝙo factuz scda die intelligit̄ celum sidereū. ¶ Secūdū dubiuz fuit vtrum celum sit vnum vel plures. Et q̄ sit vnum ꝓbari posset qꝛ dicit̄ celum in singulari Gen. j. c. vbi supra. Sed hec obiectio debilis ē q̄ñ scriptura sepius celos nomiat in pł̄ali. Ps̄. Deutero. xxxiij. c. Audite celi que loquar. Et secūdi Regū. xxij. c. Inclinauit celos ꝛ descendit. Et Job. xv. c. Celi non sunt mundi in ꝙspectu eius. Et psal. ij. Qui habitat in celis irridebit eos. Et psal. xxxij. Verbo domini celi firmati sunt. Et psal. xlix. Annunciabūt celi iusticiaz eius. Et ps̄. lxxxviij. Tui sunt celi ꝛ tua ē tra. Et Sap̄. ix. Que i celis sunt quis inuestigabit. Et Esaie. xlv. Rorate celi desup. Et Ezech. j. Aperti sunt celi ꝛ vidi visiones. Et ad Hebꝛe. ꝑmo. Opera manuū tuarū sunt celi. Respōdet ḡ Tho. j. pte vbi supra. Et circa hoc videt esse q̄dam diuersitas inter Basilium ꝛ Chryſ. Crisostomus eñ dicit non esse nisi vnū celuz. Et q̄ pluralit̄ dicit̄ celi celoꝝ hoc est ꝓpter ꝓpꝛietatem lingue hebꝛee in qua consuetum est vt celum solū pluralit̄ signific̄. Sicut sunt mł̄ta etiam noia in latino que singulari carēt. Basilius aūt ꝛ Damascen⁹ dicūt plures esse celos. Sed ꝑ diuersitas magis est in voce q̄ in re. Nā Crisosto. vnū celū noiat totuz coꝛpus q̄ est supꝛa terram ꝛ aquā. nam etiā aues q̄ volāt in aere dicūtur ꝓpter hoc volucres celi. Hz qꝛ i ipso coꝛpoꝛe sunt mł̄te distinctiones ꝓpter hoc Basiliꝰ ponit plures celos. Ad distinctiōz ḡ celoꝝ sciendum considerandū est q̄ celum tripliciter dicitur in scripturis. Uñ q̄ enim dicit̄ ꝓpꝛie ter. ꝛ sic dr celū coꝛpus aliq̄ ſblime ꝛ luminosum actu vel potentia ꝛ incoꝛruptibile ꝑ naturam. Et ꝑm hoc ponunt̄ tres celi. ꝓmum totaliter lucidum quod vocāt empireum. Secun

erit perpetua. Hanc rationem Lactantius tangit li. vij. diui inſti. vbi ait. Si hoim cā factus eſt mūdus ⁊ ita factus eſt vt eſſet eternus ſ. cū tum ad ſbſtantiam: cur ipi quoꝝ cauſa factus eſt non ſunt ſempiterni. At nōnulli deo noſtro i gratiſſimi negare non confundunt ad hominū vtilitatem cūcta que in celo ⁊ q̄ in terra ſunt eſſe ordinata. Qui audire debent illud quod ſcribitur Deuterono. iiij. c. Solem ⁊ lunam ⁊ omia aſtra celi creauit dñs deus in miniſterium cunctis gentibus. Et Dauid loquēs ad deum cū admiratiōe dicebat. Quid eſt homo q̄ memor es eius: aut filius homis qm̄ viſitas eum. Mi nuiſti eum paulominus ab angelis gloria ⁊ honore coronaſti eū ⁊ cōſtituiſti eum ſuper opera manuū tuarū. Oia ſubieciſti ſub pedibus eius oues ⁊ boues vniuerſas inſuper ⁊ pecora cāpi Volucres celi ⁊ piſces maris. Et de hoc Auguſti. adhuc ita loquit. Omnia dñe ſb pedib⁹ hominis ſbieciſti. vt ſolus homo ſup omia tua tuus eſſet totus. Exteriora nanq̄ p corpe cuncta creaſti. Ipm vo p anima animā p te vt tibi ſoli vacaret te ſolum amaret ⁊ poſſideret ad ſolatium. Lactantius aūt li. vij. diuinarū inſtitutionū pus elegant ſuadet mundū ſine cā factuz non eſſe. demum ⁊ ppter hominē a deo ꝓdituz confitet. Inquit ergo ſic. Cum mūdus omēſq̄ partes eius vt videmus mirabilis ratio gubernet: cum celi temperatio ⁊ equalis in ipa varietate curſus aſtrorum luminūq̄ celeſtiū: temporum conſtans ac mira deſcriptio: terrarum varia fecūditas: plana camporū munimenta: ⁊ aggeries montiū: viriditas vbertaſq̄ ſiluarū: fōtium ſaluberrima eruptio. Fluminū oportuna inundatio. Maris opulenta ⁊ copioſa interfuſio: ventorū diuerſa ⁊ vtilis aſpiratio: terra cetera q̄ omnia ratiōe ſumma conſtent. Quis taz cecus eſt vt exiſtimet ſine cauſa facta eſſe: in q̄bus mira diſpoſitio puidentiſſime ratiōis eluceat. Deinde ſequit Lactātius inſinuans q̄ nō niſi ppter hominē cuncta ſint facta ⁊ ait. Quis eſt enim tam ineptus vel tam ocioſus. vt aggrediatur aliquid facere fruſtra ex quo nullam vtilitatem nullum cōmodum ſperet. qui domum edificat non ideo edificat vt tantūmodo dom⁹ ſit: ſed vt in ea poſſit habitari. Qui nauez fabricat non ideo inſumit operam vt tm̄ nauis appareat: ſ vt ea nauiget. Item qui vas aliquod inſtituit ac formaz nō propterea id facit vt tm̄ feciſſe videatur: ſed vt vas illud effectum capiat aliquid neceſſariū. Similit cetera quecūq̄ fiūt non vtiq̄ in ſupuacuum: ſed ad vſus aliquos vtiles laborantur. Mundus ergo a deo fact⁹ eſt non vtiq̄ propter ipm mundum. Neq̄ cniz aut caloze ſolis aut lune aut aſpiratione ventorum aut humoze imbriū aut alimonia frugum cum ſenſu careat indiget. Sed ne illud quidem dici poteſt q̄ deus propter ſeipm fecit mūdum quoniā poteſt eſſe ſine mundo ſicut fuit antea. Et his omnibus que in eo ſunt queq̄ generantur deus non vtitur. Apparet ergo animantiuz cauſa mundū eſſe conſtructū. qm̄ rebus his quibus conſtat animātes fruunt. Rurſus ceteras animātes hois cauſa eſſe factas ex eo claruz eſt q̄ homi fuiunt ⁊ tutele atq̄ vſibus eius date ſunt. qm̄ ſiue terrene ſunt ſiue aquatiles nō ſentiunt mūdi ratōz ſicut hō. Hec Lactanti⁹. Ut autē breuius hanc ptem decurram⁹ Hugo i li. de arra ſponſe ſic ad hoiem dicit. Reſpice vniuerſum mundū iſtuz ⁊ cōſidera ſi aliq̄d in eo ſit qđ tibi non fuiat. ois natura ad hunc finē dirigit curſum ſuum vt obſequijs tuis famuletur. tuiſq̄ neceſſitatibus ſm affluentiā indeficienter occurrat. hoc celuz hoc terra hoc mare hoc aer cuz his que ſunt in eis vniuerſis explere nō ceſſant. Hec Hugo. Res eſt profecto ab omnib⁹ ponderanda q̄ piiſſimus oim pater de⁹ tot innumeris beneficijs tot ampliſſimis muneribus tot abundantiſſimis gratijs voluerit animā rationalem dotare. Ipi corpus organicū mirabili opificio extructū cum ſenſibus copulauit. Ipſi celos ⁊ ſidera firmamēti elemēta q̄ omia ⁊ ex illis cōpoſita fuire iuſſit. Ipi angelos ad cuſtodiam deputauit. Ipi leges ⁊ precepta bene viuendi inſtituit. Et cum nec ſic ſuum creatorem agnoſceret miſit vnigenitū filium ſuū qui viam veritatis illam doceret q̄ errantē ad ſemitam vite pduceret. qui deniq̄ illam ſanguine ſuo pcioſo redimeret. Quis igit tam egregiam: tam inſignē: tam pclarā: tamq̄ deo chariſſimā creaturam ad imaginē ⁊ ſuā ſimilitudinē formataz moriturā audeat affirmare. Aperi oculos tuos aia tanto decore redimita. O aia tāta diligentia a tuo creatore cuſtodita. O aia tanto labore a Jeſu filio dei ⁊ virginis queſita. tāto dolore recupata. tanto deniq̄ pcio redempta. ⁊ conſidera in teipa ſapientiā dei: qui non ab re circa te tanta dignatus eſt operari. ¶ Septima rō q̄ oſtendimus q̄ aia ſit immortal⁹ dicit iuſtificationis. Clamāt oēs ſancti iuſtiſſimū eſſe deum ſicut ptz in ſmone de iuſticia dei in quadrageſimali noſtro. Et vbi eſſet iuſticia dei ſi aia cum corpe moreret. qñquidem tot mala in pñti remanēt impunita. Ez pfecto nō ſine pena trāſibunt impij: qui in ſuis malis ⁊ iniquitatibus peſperant. qz in futura vita equiſſimus ille deus reddet vnicuiq̄ ſm opera ſua. vt lati⁹ diximus in ptacto ſmone. Nō glorient peccatores i malicia ſua. qm̄ de illis inquit pſal. lxxvij. Dauid Conſumet nequitia peccatorum. Et pſ. xxxj.

Multa flagella peccatoris. Et sapiēs prouer. v.ca. Iniquitates sue capiēt impiū. Naz t Seneca in tragedijs hoc ipm pfitetur. Inqt autē sic. Quod qsq; fecit patit auctorem scelus repetit. Et Plato in fedrone dixit. Est in reuera defunctorum animas extare: t bonis melius esse. malis aūt deterius. C Octaua ratio qua deducitur imortalitas aie dicit remuneratiōis. Hoc spectat ad clementiā t benignitatem dei: qui sicut nullū malū impunitū. ita nec vllū bonū irremuneratū relinqt. Hoc aūt esset si aia piret cuz corpe. qm amici sui qui corpa eorū t volūtarijs castigationibus t illatis passionibus obtulerunt nullam inde reportasset mercedē. Intueamur quid apostoli: qd pfessores. quid vgines: qd t martyres egerint p dei amore. t inde concludamus q; si mortua foret illoz aima dei manus vacua esset a munere liberalitatis. Erraue runt in solitudinibus illi in speluncis: in cauernis: in scissuris petrarū t montium affligentes carnem vigilijs: ieiunijs: genuflexionib'; verberibus t disciplinis. Alij ludibria t vincula experti sunt. Alij lapidati sunt. Alij capite cesi. Alij flāmis adusti. Alij sagittis vulnerati. Alij in mare t fluminibus demersi. Alij exquisitissimis cruciatibus necati. vt deo gloriā t honorē impenderent. Nunqd sine retributione laborauerūt incassum: O pietas dei benedicti. O charitas patris eterni. Ipe vtiq; diligētibus se bona inuisibilia pparauit: que oculus non vidit: t auris non audiuit. Et ppterea saluator noster Matth. v.ca. suos discipu'os confortabat dicens. Beati estis cum maledixerint vobis homines t psecuti vos fuerint t dixerint oē malum aduersus vos mentientes ppter me. gaudete t exultate quoniā merces vestra copiosa ē in celis. C Nona ratio dicit assimilatōis, de q̄ sic dicit Aug'. in lib. de spū t aima. Immortal' est aia: ne a sui creatoris similitudine discrepare videat. Nō em poterat esse imago t similitudo dei si vllo mortis termino clauderet. C Decia ratio dicit resurrectiōis. Est articulus fidei q; mortui resurgent. Et de hoc diffuse scripsi in q̄dragesimali in sermone de resurrectione generali. Quia itaq; erit resurrectio que fiet per vnionem animarū ad sua ppria corpora virtute diuina. Et quia xp̄us surrexit a mortuis. Et alij post mortem miraculose redierūt ad vitam: necesse habemus cōfiteri q; aima sit immortalis. C Undecima rō dr orationis. Orat eccla p defunctis t suffragia facit p aimabus in purgatorio penale debitū exoluentib'. Igit aima est immortal'. C Duodecima ratio dicit compationis. Compando quipe aiam que est vltima forma ad pmā materiā ponēda est aia incorruptibilis. Nam sicut esse intelligibile est pmanētius q̄ esse sensibile. Sic t recipiens esse intelligibile est pmanentius q̄ recipiens esse sensibile. Sed recipiēs esse sensibile est incorruptibile sm suam sbam. s. materia pma. ergo multo forti' intellectus possibilis q̄ est receptiuus formarum intelligibiliū. C Tertio apparet q; sit immortal' aia ex clara exemplatione. Sunt tria exēpla lucidissima q̄ ostendunt aiam esse immortalem: in q̄bus tanq̄ in splendidissimo speculo q̄libz tante rei veritatem inspicere pōt.

C Primū exemplū dicit tolleratiōis.

C Secundū apparitionis.

C Tertiū exauditionis.

C Primū exemplū dr tolleratiōis. vt em scribit Cicero in questionibus tusculanis. Nemo vnq̄ sine magna spe immortalitatis se pro patria offerret ad mortem. De martyribus claruz est q; mortem non timuerūt quam vitare potuissent si xp̄m relinquere voluissent. Sed ad philosophos veniamus. Recitat Aug'. li. j. de ci. dei. c. xxij. Q q̄dam pb̄us Theodretus nomine lecto Platonis libro de immortalitate aiaz. de muro se p̄cipitem dedit. itaq; interfecit semetip sum. Et Lactantius li. iij. diui. instit. ait. Multi ex his q̄ eternas esse aīmas suspicati sunt tanq̄ in celum migraturi sibi impias manus intulerunt. vt Cleantes: vt Crisippus. vt Empedocles et Zeno. Et ex romanis Catho: qui fuit in omni vita sua socratice vanitatis imitator. t quia de Cathone fit mentio. Sciendū q; multi fuerunt sic nominati. Nam fuit q̄dam catho Cēsorin': de quo fit mentio in li. de amicitia. t in questionibus tusculanis a Cicerone. t a Plinio in li. de viris illustribus. Et a Valerio in rubrica de studio t industria. Hic fuit eloquentissim' litteris grecis t latinis eruditus mlt̄aq; fecit magnifica pro republica t consulendo t preliādo. Qui vt scribit in speculo gestorum mūdi tedio duplicis quartane effectus vt beatiore vita frueretur semetipm interfecit. Fuit t alius Catho filius supradicti vir bellicosus. qui (vt scribit Frontinus) cum in bello contra Macedonie regem pugnaret equo prolapsus cum se recollegisset animaduertit gladium cecidisse e vagina quem fortiter recuperauit: t vulneratis hostibus ad suos rediit. Quod exemplū adeo romanos animauit ad pliuz t macedones terruit: vt ipi macedones vincerentur. Fuit alius Marcus Catho filius supra dicti t nepos censorini: q̄ consul in affrica diem clausit extremū. Catho aūt vticensis q̄ t portius fuit filius precedētis Marci cathonis q̄ vticensis dicit eo q; in vtica libie ciuitate se occidit. Cā vo fuit vt nō subijceret cesari. quoniaz ipe pompeianas partes

secutus fuerat. Nam vt ait Tullius in.ꝑmo de officijs. Oꝛꝛs turpitudini ac ꝯfusioni anteponenda est. Ex hoc arguũt q̃daꝫ ꝓbantes q̃ aia sit immortalis ex auctoꝛitate Aꝛisto. in.iij. etħ. q̃ ait. q̃ fortis dꝫ se exponere morti ꝓ salute patrie. ⁊ hoc ꝯm iudiciũ nãlis rationis. Sed nisi aĩma esset incoꝛruptibilis nõ deberet hoc appetere. qꝛ nõ esset simpliciter non caditꝫ appetitu Sed ꝫ hoc nonnulli obijciũt dicentes q̃ etiam si aĩma moꝛeꝛet cũ coꝛpe adhuc vellẽ sustinere mortem ꝓ liberatiõe patrie ⁊ ꝓ republica esset ꝯm iudiciũ rectum rõnis. Nam melioꝛ est modicus actus ꝛtutis intensus q̃ vita vitiosa vl̃ cum actu remisso ꝓ magnũ tpus. ℊ fortis debꝫ se exponere ꝓ bono ꝛtutis. Et qꝛ ipe est pars cõitatis cuius bonũ cõmune naturaliꝫ est magis diligendũ q̃ bonum ꝓpriũ. Et ista viꝛ fuisse opinio Scoti quam improbat Landulfus in suo. iiij. di. xliij. Quia sicut lex ⁊ ratio naturalis ꝓualet omni legi ⁊ ratiõi maxie create. Ita bonũ entitatis naturalis ꝓualet omi bono cuiꝰ cunq̃ ꝛtutis. vnde longe videꝫ q̃ sit eligibiliꝰ habere esse ꝓpetualiter ⁊ nõ ꝛtuosum esse moraliter nõ dico vicioſum esse ꝑ nõ ꝛtuosuꝫ q̃ habere esse mozale ad modicũ tps ⁊ postea hre ꝓpetuum nõ esse. Siꝫ puto eligibilius habere ꝓpetuam entitatem incoꝛruptibilem sine gꝛa patrie q̃ habere gloꝛioſum esse ꝓ vnũ diem et postea ꝓpetuo anihilari. ⁊ tamen maius est bonũ patrie q̃ bonum ꝛtutis. ħ Landulfus. Riccardus etiã de media villa in.iij. di. xxxiij. ita scribit. Si aĩma moꝛeꝛet cum coꝛpe vt falso q̃dam sunt opinati. hõ nõ deberet velle sustinere mortem ꝓ liberatione patrie. ℙꝛimo qꝛ ꝯm Aug. in. j. de libero arbitrio. Quisq̃s recte aliq̃d eligit appetendũ necesse est vt melioꝛ fiat cuꝫ ad id puenerit qõ elegit. Melioꝛ aũt esse nõ posset q̃ non esset. Sed si aĩma moꝛeꝛet cum coꝛpe hõ ꝓ mortem totaliter desineret esse excepta materia ꝓma. Ergo moꝛiendo volũtarie ꝓ liberatõe patrie melioꝛ nõ essꝫ. ⁊ sic nõ esset electio recta. Secũdo nõ debet hõ voluntarie intermittere actũ virtutis alicuius: nisi vt liberiꝰ vacet exercicio maioꝛis ꝛtutis. Sed mlto magis esset ꝫ ratõez rectam eligere illud ad qõ sequeꝛeꝫ ꝓpetua impossibilitas operandi ꝯm quãcũq̃ ꝛtutem. q̃ ad tpus intermittere actus vnius ꝛtutis nõ ꝓpter exercicium alterius ꝛtutis. Sed si aĩa moꝛeꝛetur cum coꝛpe hõ eligendo moꝛi: eligeꝛet illõ ad quod sequeꝛeꝫ q̃ amplius in ꝓpetuum ꝯm ꝛtutem opari nõ posset. Ista causa exercitij dicta sunt ⁊ vt silentiũ imponaꝫ his q̃ dicunt non esse sufficiẽs imoꝛtalitatis argumentũ. q̃ illi de q̃bus mentionẽ fecimus superi⁹ et reliqui q̃ patriam dilexeꝛũt imo ⁊ martyres qui xp̃m ꝓfessi sunt moꝛtẽ non hoꝛꝛueꝛũt. ¶ Secũdũ exemplũ in quo lucet anime immoꝛtalitas dꝛ apparitõis De apparitiõe aiaꝝ diximus in ꝯmone de trãsfiguratione Jesu xp̃i bñdicti. Ideo tm̃ id nunc asserim⁹ q̃ volente deo ad consolatõz viuoꝝz sepius aĩme sepate diuersimode apparuerunt. In legenda sancte Lucie scribiꝫ: q̃ oꝛante ipsa cum matre iuxta sepulchꝛũ sancte Agathe. Luciam somnus arripuit: viditq̃ Agathaꝫ in medio angelorũ gẽmis oꝛnatam stantẽ ⁊ dicentez sibi. Soꝛoꝛ mea Lucia q̃d a me petis quod ipsa poteris ꝑstare ꝓtinuo mri tue. Naꝫ ecce ꝑ fidẽ tuam sanata est. Euigilans Lucia ita inuenit. Nam passa fuerat eius mater annis multis fluxum sanguinis. Ihiero. in vita ℙauli ꝑmi heremite narrat qualiꝫ Antonius longe positus a cella ℙauli vidit angelos aiam eius deferẽtes q̃ moꝛ currens inuenit coꝛpus ℙauli flexis genibus in modũ oꝛantis erectũ: ita vt ipm viuere extimaret. Sed cũ ipm moꝛtuũ didicisset: dixit. O sancta aĩma qõ geresꝫ in vita: in moꝛte monstrasti. Cũ aũt nõ haberet vnde sepulturã faceret: venerũt duo leones ⁊ foueã parauerũt sepulto q̃ eo redierũt ad siluam. Ambꝛo. refert de beata Agnete q̃ eius pacto martyrio cuꝫ parentes eius octaua die iuxta tumulũ vigilaꝛẽt: viderũt choꝛũ ꝛginum vestibus fulgentibus radiantẽ inter quas viderũt beatam Agnetem simili veste fulgentẽ. ⁊ a dextris eius agnũ candidiozem niue stantem: q̃bus illa ait. Videte me quasi moꝛtuam lugeatis: ꝑ congaudete mecum ⁊ congratulamini. qꝛ cũ his omibus lucidas sedes accepi. ℙꝛopter quã visionẽ ecclesia celebꝛat festum Agnetis scdo. Constantia aũt ꝛgo filia Constantini lepꝛa grauissima laboꝛãs cum hanc visionẽ audisset tumulũ eius adijt: ⁊ ibi dum oꝛatiõi insisteret: obdoꝛmiuit. viditq̃ beatã Agnetem sibi dicentem. Si in xp̃m credideris ꝓtinuo liberaberis. Ad quã vocem euigilans pfecte se sanatam inuenit. que baptismũ recipiens sup coꝛpus beate Agnetis basilicam fecit: ⁊ ibi in ꝛginitate pmansit. In vita sanctaꝝ Rufine ⁊ Secũde ponit̃ q̃liter apparuit cuidã matrone noie ℙlantille. he due soꝛoꝛes fuerũt ꝛgines romane: parentibus clarissimis genite. Asterio. s. et Aurelia: que nupserunt armẽtario ⁊ verino: q̃ accusauerũt eas q̃ xp̃iane essent tpe Valeriani impatoꝛis: ⁊ capte ac traditę donato pfecto post multa ꝛba iussit Rufinam ꝑus cedi. quod videns soꝛoꝛ clamare cepit ad iudicem. Quid est q̃ soꝛoꝛẽ meam gloꝛiosas: ⁊ me inhonoꝛas? Tandẽ post multa vtriq̃ illata tormenta ducte fuerũt in siluam in via Cornelia ab vrbe roma miliario decimo in fundo q̃ vocaꝫ buxeco: ibiq̃ rufina capite trucaꝫ.

Secunda pcutiꝫ ꝛ earū corpora feris voranda linquunꝫ. Beniꝫ Plantilla matrona in cuius predio hoc factum est vidit eas in visu sedētes gemmatas in thalamo ꝛ dicentes sibi. Plātil/la desine a flagicijs idolorū ꝛ crede in xp̄m ꝛ veni in p̄diū tuū ꝛ corpa nr̄a sepeli. quod illa feꝫ. Greg⁹. in. ij. dialogorū libro affirmat de sancto Bñdicto q̄ dū morarer apud montē cassinū: nocte q̄dam duīm p̄ fenestrā cellule conspiceret: ꝛ orare vidit fusam lucem desup cūctas noctis tenebras effugasse. Subito aūt totus mundus velut sb vno solis radio collectus ante oculos eius adductus est. ibiꝫ aiam Germani ep̄i capuani ad celū deferri vidēs. Cōperit aūt postea q̄ illa hora migrasset a corpore. De sanctis Geruasio ꝛ Protbasio geminis fratribus qui martyrio coronati fuerūt in ciuitate Mediolani scribit Ambrosius in sermone qui legiꝫ in officio matutinali festiuitatis eorū: q̄liter cū eorum corpora trecentis annis ꝛ vltra latuissent ab eo reperta sunt modo qui sequiꝫ. Quodā nanꝫ q̄ dragesimali tempe ip̄i i oratōe posito: nec apte vigilanti nec integre dormienti: apparuer̄t duo pulcherrimi iuuenes vestibus cādidissimis. id est collobio ꝛ pallio induti caligulis calciati secum manibus extensis orantes. qua visiōe ela-psa rogauit dominū vt eum ludificari non sineret. Si vo aliquid visio illa expeteret boni iterum appareret. Simili modo canente gallo orātes secum iuuenes apparuerunt. Tertia vo nocte non dormienti sed stupēti cum tertia sibi apparuerunt persona que similis Paulo apostolo videbaꝫ sm q̄ in pictura ꝓsperat illiꝫq; tacentibus apostolus sibi dixit. Isti sunt qui nihil terrenū desiderantes monita mea sunt secuti. quorū corpora in eo reperies loco i quo stas duodecim pedū altitudine terre coopertam arcam reperies: ꝛ ad caput eorū libellū in quo ortus eorū continet ꝛ finis. Ita enim sepelierat illa corpora Philippus quidaꝫ christianus. Cōuocatis ergo vicinis coepiscopis: ip̄e Ambrosius p̄or terre fossor accessit. Et omia ꝓut dixerat sibi Paulus in illa visione inuenit. Corpa vo ita sunt reperta ac si ip̄a hora ibidem fuissēt posita. Insup ꝛ odor mirabilis inde flagrabat multaq; ibi miracula illorū meritis corruscarūt Et vt inq̄t Aug⁹. li. xxij. de ciui. dei. In ill' diebus ip̄o p̄sente ꝛ imperatore ac multitudine gentium: cecus q̄dam ad corpa martyrū Geruasij ꝛ Protbasij lumen recepit. In hac inuentione pax inter longobardos ꝛ romanum imperium reformata fuit. Ideo Gregorius papa in introitu misse cantari instituit. Loquetur dñs pacem in plebez suā. De patre vo beato Frācisco narrat dñs Bonauentura. q̄ hora transitus eius minister fratrū tunc tpis in terra laborīs augustinus noie in extremis laborans cū iā diu pdidisset loquelā audientibus qui astabant subito clamauit et dixit. Expecta me p̄ expecta ecce iā venio tecū. Querentib⁹ autē fratribus et mirantibus cui sic loqueret. btm̄ franciscū euntē i celuz se videre asseruit. Gratiꝫq; h̄ dicto ꝛ ip̄e felicit requieuit. Eadē hora ep̄o assisinati qui ad oratoriū michaelis archangeli p̄ deuōtōe accesserat in monte gargano btūs franciscus iocundus apparens mundum se dixit relinquere ꝛ ad celuz cū exultatōe trāsire. Mane surgens ep̄s socijs narrauit que vidit. Et assisiū rediens cū perquisisset sollicite certitudinaliter cōperit. q̄ ea hora qua sibi p̄ visionez innotuit beatus pater ex hac vita migrauit. Inueniūtur ꝛ alie huiusmodi apparitiones quas longum esset enarrare. Ex quibus cogimur indubitanter tenere q̄ aīa sit immortalis. ¶ Tertiū exemplū dicit exauditionis. Quisnā non videat ꝛ per experientiam comprehendat quot et viri et mulieres qui in suis necessitatibus sanctorum ꝛ sanctarum p̄cipue virginis immaculate matris dei iplorant patrocinium: exaudiantur. Taceamus miracula que sup hoc indies in ecclesia claresc̄t Oculos tm̄ cordis ꝛ corporis cōcertamus ad sacra templa q̄ in dei ꝛ celorum regine aliorūq; honore p̄ orbem constructa sunt. Cur non miremur in tantarum imaginū aliarūq; rerum aspectu in quibus iudicanꝫ q̄ homines i tribulationibus positi interuenientibus sanctis liberati fuerunt. Sunt in italia ecclesie deuotissime virginis nomine dedicate. Sancta maria de martyribus apud melfictū in Apulia. Sancta maria de casali apud Brunduſiuz. Sancta maria de angelis apud Assisiuz. Sancta maria de loreto apud Rachanetuz. Sancta maria annunciata Florentie. Et alie sic vulgo nōiate. inquibus cernunꝫ in imaginibus cereis ꝛ argenteis aliīsq; rebus oblatis beneficia susceptā ab illis qui se virgini cōmendarunt. Quid rōnes querimus? Quid p̄hōr̄ sententias exquirim⁹? cuz ip̄i effugere nō valeamus tam varia tamq; lucidissima immortalitatis animar̄ exēpla. ¶ Secundū dubiū p̄ncipale fuit vtrum aie separate transferāt ad aliqua loca. Et circa hoc triplex inuenitur opinio falsa quorūdam. Prima eorum q̄ dixerunt aias transire de corpore in corpus: ita q̄ cum sepaꝫ ab vno vnitur alteri ꝛ postea alteri vsq; ad corpa bestiar̄. Et hec opinio ascribit ip̄i Platoni. de quo ita scripsit Aug⁹. li. x. de ci. dei. c. iij. Platonē aias hoim p⁹ mortem resolui vsq; ad corpora bestiarū dixisse certissimum est. Sed mirandum est ꝓfecto Platonem talia fuisse locutū. de quo Valeri⁹ in rubri

ca de studio ⁊ industria inqt. ¶Plato cunctoꝝ mortaliū sapientissimus habebaꝫ adeo q̄ si a celo Jupiter descendisset nec elegātiori nec beatiori facundia esset ysurus. Refert adhuc de ipo Apuleius in lib. de vita ¶Platonis q̄ cum Ariston paꝫ eius ad ip̄m instruendū deferret ad socratez nocte p̄cedente viderat in quiete doctor socrates q̄ pullus odoris ⁊ cādoris eximij vocisq̄ sonoris ipius volabat in sinū. postmodum de sinu exiens cantando volabat in celū. Cum mane vidisset puerū sibi adductū dixit somnū completū esse. Quid plura? Ut superi⁹ cōmemorauimus de immortalitate aiaꝝ copiose disseruit. Quō igiꝫ ad tātā insaniam deuenisse credendus est vt circulationem illā aīmaꝝ posuerit: nisi forte dixerimus q̄ vt hō errare potuit: ac sibimet ꝓtradicere. Tñ q̄cq̄d sit de eo opinionem istam impijssimā expugnare debem⁹. Inqt enī Riccardus in. iiij. di. xliij. q̄ ꝫ illā nō tñ est scriptura sacra imo omis philosophia. Vñ Aristo. in. j. de aīa redarguit pithagoricas fabulas dicentes quālibet aīam qlibet corpus posse ingredi ex eo q̄ videtur vnūqd̄q̄ corpus hr̄e spēm ⁊ formā ꝑpam. Et. ij. de aīma dicit q̄ nō ꝓtingit aīam accipe qlibet corpus. q̄ vni⁹ cuiusq̄ actus aptus natus est fieri in ꝑpa materia. Et inde est vt ponit Tho: j. pte. q. cxvij. q̄ aīa separata sua naturali ꝛtute nō pōt mouere aliquod corp⁹. Et licz corpa obediāt angel̄ ad motum localē. nō tñ obediunt aīe sep̄ate. Nō quia angeli sunt sb̄e spūales quarū ꝛtutes non determinanꝫ ad aliqua corpa. ⁊ sunt naturaliꝫ a corporibus absolute. Et ideo diuersa corpora eis obedire possunt ad motū. Sed cum alicui⁹ sb̄e spūalis sep̄ate ꝛtus motiua determinet̄ naturaliter ad mouendū aliqd̄ corpus non poterit illa sb̄a mouere corpus maius sed minus. Unō cū aīma p̄m suam naturam determinet̄ ad mouendum corpus cuius est forma nullū aliud corpus sua naturali ꝛtute pōt mouere. Quare merito ꝺdemnanꝫ hi q̄ fallacijs demonū facile credūt dum ip̄i quorūdam viuoꝝ corpa obsidentes simulant se esse aīas defunctorū. Fuerūt eiusmodi delusiones q̄plurime diebus meis. sic scp̄si in li. de timore iudiciorū dei de illa que neapoli obsessa fuit ⁊ q̄plurimos in errorem ducebat. dum diabolus q̄ loq̄baꝫ p eam fatebaꝫ esse se animā comitis Jacobi piccinini. Anno insup dñi. M̄. cccc. xl. In ptibus terre ydronti ⁊ terre bari multi sic obsessi aiebant se esse aīas quorūdam q̄ diebus illis ex hac vita migrauerant. In vrbe p̄dicante me ibi Anno dñi. M̄. cccc. lxxiij° decapitatus fuit q̄daꝫ iudeus eo q̄ aliū de suo genere interfecerat. post paucos ꝺies puella q̄dam hebrea loqui cepit nūc in ꝑsōa vnius illorū nunc in ꝑsona alterius. Et dū ambo ꝝ ptes ꝺcurrerēt ad nouū spectaculū aperiebant multa secreta domus illoꝝ respōdebantq̄ ad interrogata sicut faciebant dū viuerēt hortabantur q̄z suos vt se inuicem pacificarēt. Multaq̄ confinxerunt mendacia pollicentes iudeis eternā salutem. Tandem demones illi reliquerunt puellam. ⁊ sic cessauit rumor exort⁹ in plebe. Scōa falsa opinio fuit aliorū q̄ crediderunt aīas sep̄atas latitare in sepulchris suorū corporum seu in locis vbi ossa vel cineres suoruꝝ corporum ꝺuarenꝫ. Ideo de xp̄o vt scripsimus in ꝺmone de resurrectione Lazari inqt Theophilus altius clamauit vt refrenaret ora gentiliuꝝ fabulantiū in tumulis latitare aīmas defunctorum: quare alta voce dixit. Lazare veni foras. quasi aduocaret de longinquo. Nō est igiꝫ opinio illa vera. neq̄ vllo pacto admittenda. Certia falsa opinio est quorūdam q̄ dixerunt q̄ aīa non est in locis corpalibus: ꝫ corporaliū similibus siue in requie siue in doloribus. q̄ aīma sep̄arata nō depēdet a loco corpali. Cz huic opinioni obstat tota theologorū turba q̄ oēs i hāc sententiam ꝓueniūt vicz q̄ aie post mortē sunt in aliqbus receptaculis. Nam vt inqt Riccardus in. iiij. di. xlv. Sicut angeli q̄ sunt spiritus sunt in aliquibus corporalibus locis non circūscriptiue sed diffinitiue. sic ⁊ anima sep̄ata non obstante q̄ sit spūs. Et q̄uis aīa sep̄ata nō magis cōueniat cum vno loco q̄z cū alio ratiōe sue essentie cum ex loco natura eius nō dependeat. tamen ꝓpter opationes quas in loco exercere debet vel circa eam debent exerceri magis sibi cōuenit vnus locus q̄z alius. Ex quo duplex illi locus debeꝫ. ¶Primus penalis. s. infernus. de quo ait Seneca in tragedijs. Ingens vorago faucibus vastis patet. Latumq̄ pandit omnibus populis iter. Sunt ꝺo in inferno quatuor mansiones. ¶Prima inferior in qua sunt aie dānate ꝓ solo peccato mortali actuali que puniūtur pena sensus. de hoc dicit in tragedijs Senece. Ipsaq̄ morte peior est mortis locus. Secūda mansio in qua sunt anime ꝓ solo peccato originali damnate que puniuntur tñ pena damni. Tertia māsio est in qua de lege cōmuni purgātur anime que decesserūt in charitate conferentes secum aliquod purgabile. Quarta ꝺo mansio est in qua requiescebant anime que decedebant cū charitate: que nihil purgabile secū portabant: vel que portauerūt ⁊ purgate erant. h. ante xp̄i aduentum dicebaꝫ sinus abrae. Quia em̄ Abraam p̄mus ab infidelibus separauit se ⁊ fidei signaculū distinctiuū accepit. Ideo locꝰ requiei qui debebaꝫ anime ꝓpter fidem charitate formatā sinus abrae dictus est. ¶Post chri-

sti ꝯo aduentum quarta illa mansio vacua est: qñ apta est ianua celi merito passiõis xp̃i: ⁊ aie decedentes in charitate nihil purgabile secum ferentes statim euolant. Unde patet q̃ nõ eundem locum intelligimus mõ sinũ abrae cum Gam⁹ aias in illum deferri: cum eo qui ante xp̃i aduentum sinus abrae dicebat. Scõus locus qui debet aiabus sepatis ẽ locus delectabilis celum videlicet empireum. de q̃ suo loco abunde dicemus. Propter que omnia vt ponit Lactantius li. iij. diuina. insti. Esse inferos Zenostoicus docuit: ⁊ sedes quidẽ prioꝛ ab impijs esse discretas. Et illos quidem quietas ac delectabiles incolere regiones. Hos ꝯo penas luere in tenebꝛosis locis et ceni voꝛaginibus horꝛendis. Et Seneca in tragedijs inducit theseũ dicentem. Quisquis placide potẽs dñsq̃ vite seruat in vacuas manus. Et in cruentum mitt imperium regit. Animeq̃ parcit longa per mẽsus diu. Felicis cui spacia vel celum petit Vel leta felix nemoꝛis helisij loca. Scõm omẽs poetas helisij campi pꝛiorum apud inferos sunt in quibus vt ipsi dicunt bonoꝛum sedent anime.

¶ Tertiũ dubium pꝛincipale fuit. vtrũ loca faciant ad delectationẽ vel penam aiabus separatis. Et ad hoc ita rñdet Riccardus vbi supꝛa. Q̃ receptacula coꝛpalia animarũ in aliquo augent delectationẽ eaꝝ vel afflictiõꝫ. Celũ enim empireum q̃uis in nullo augeat aiaꝝ beataruꝫ delectationẽ essentialeꝫ in aliquo tñ auget delectationem accidentalem inq̃tum ille aie locum illum pluſq̃ alia diligunt: pꝛesentia autẽ rei dilecte aliquam causat delectationem. Ratio aũt quare illũ locum pꝛe ceteris diligunt triplex ẽ. Una quia sciunt locum illuꝫ sibi esse deputatũ a deo quem summe diligunt. Alia q̃ in illo pꝛopter excessuꝫ nobilitatis sue nature sup alia coꝛpoꝛa expꝛessius q̃ in alijs locis refulgere tanq̃ in effectu diuinam bonitatem conspiciunt Tertia q̃ illius loci sublimitas luminositas ⁊ imo/bilitas suam spiritualem sublimitatem ⁊ lumiositatem ⁊ quietis ppetuitatẽ expꝛessius q̃ qualitates aliorũ locoꝝ repꝛesentant. Unusquisq̃ aũt ceteris paribus plus diligit illud qđ ẽ magis repꝛesentatiuũ sue nobilitatis. Receptacula etiã damnatoꝛũ in aliquo augent eoꝛum afflictionem q̃ locum illum odiunt triplici ꝺ causa Pꝛima q̃ sciunt ipsum sibi foꝛe deputatuꝫ a diuina iusticia quam odiũt. Alia q̃ illius loci vilitas est obligationis sue ad penam perpetuam rememoꝛatiua seu repꝛsentatiua. Tertia q̃ ẽ cõtentiuus ignis illius quo affliguntur. Ex hoc Tho. j. pte. q. lxiij. dicit q̃ locus non ẽ penalis angelo aut anime quasi afficiens alterando naturam: sed quasi afficiens voluntatem cõtristãdo dum angelus vel anima apꝛehendit se esse i loco non conuenienti. Receptaculũ aũt in quo purgantur anime in aliquo auget earũ afflictionem non q̃ ipsum odiant voluntate deliberatua cum sint in charitate ⁊ sciant illũ sibi eẽ assignatuꝫ ad tempus a diuina iusticia quã diligũt ad eaꝝ purgationem. Sꝫ q̃ ipsum naturali motu voluntatis refugiunt sub ratione qua suam obligationem ad penam q̃uis tpaneam repꝛesentant ⁊ sub rõne q̃ ignem ꝓtinet q̃ affliguntur

¶ Quartũ dubium pncipale fuit vtrũ aie separate exeant aliqñ de locis ad q̃ trãsferũt. Et q̃dã dicunt q̃ non. ex eo q̃ Job. vij. scribit. Qui descendit ad inferos non ascẽdit. Insup Aug⁹ li. de cura ꝓ mortuis agenda ait. Si in rebus viuentiũ interesset aie mortuoꝝ me pia mr̃ nulla nocte desereret q̃ me terra mariq̃ secuta ẽ vt mecum viueret. Si g̃ exirent aliqñ de receptaculis suis aliqñ interessent rebus viuencium. Alij ꝛriũ ꝓbant ex eo q̃ vt scribit Math. xvij ca. in tranſfiguratiõe saluatoꝛis nr̃i moyses apparuit cum helia. Ob q̃ Augu⁹. li. ꝑtacto ait. ad viuos aliq̃s mitti ex mortuis. Pꝛo hac ambiguitate remouẽda rñdet. Riccard⁹. q̃ aliqñ aias exire de receptaculis suis duplicit põt intelligi. Vel ꝑ diuinam potentiã: vel ꝑ naturam ꝓpriã. Pꝛimo mõ de inferno ⁊ de celo exeunt alique aie non impetuum sed ad tps nec de lege cõi ꝛ ex aliq̃ speciali cã. Sic etiam de purgatoꝛio aliq̃ exeunt ad modicũ tps añ expletionẽ pene sue post cuius expletionem illuc amplius nõ reuertunt. In iudicio aũt oẽs aie tã existentes in celo q̃ in inferno exibunt ſm cõem legem diuine iusticie ad eadẽ iterũ loca cũ suis coꝛporibus reuersure: et in eis in ꝑpetuum pmansure Ꝑ naturam ꝯo ꝓpriam dixerunt quidẽ non posse aimas de suis receptaculis exire affirmãtes q̃ anima humana nullo modo est mobilis ſm locum nec ꝑ se nec ꝑ accidens. Et si ponat alicubi ꝑ substantiam suam nunq̃ mouebit de vbi ad vbi. Sed articulus iste excõmunicatus est a domio Stephano epiſcopo parisiensi. Jõ ſm Riccardum dicendũ est q̃ de suis receptaculis exire possent anime que vellent: nisi pꝛohiberẽtur a superioꝛi virtute. Sed de lege cõmuni exire pꝛhibent ille que sunt in purgatoꝛio ante expletaꝫ penitentiã. ⁊ ille que sunt in inferno ante iudiciũ. Iste ꝯo que sunt in celo exire nolunt vsq̃ ad tempus resurrectiõis resumptõis sc̃z coꝛpoꝛũ suoꝛũ. nisi aliquãdo videant placere deo ex aliqua speciali causa. Unde videt aliquibus q̃ omnes descenderũt de celo in obitu beate virginis Marie ꝓpter eius reuerentiaꝫ ⁊ cum ea iterũ ascenderũt in celum. Ab Augustino ergo dicunt anime non posse interesse re-

bus viuoꝝ ꝑ ꝓpriam naturã. quia earũ ỽtus non potest cõtrarie supiori virtuti qua ꝓhibẽtur. Ideo ꝑ hec dicta soluunt omnes perplexitates. Si igit non habemus hic ciuitatẽ manẽtem. Si tam felix iocunda ꝙ benefacientib⁹ habitatio disposita est. Si regnum celoꝝ pacifice possidendũ nobis ꝓmittit cõtemnamus infima hec atq; terrena: ⁊ queramus q̃ sursum sunt: vt sic peruenire possim⁹ ad regionẽ illam opulentissimam beatoꝝ: in qua deus bñdictus viuit et regnat in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo vigesimusquartus de conceptione beate Marie virginis. de q̃ varie sunt opiniones doctorum licet festum ab ecclesia celebret.

Ondum erant abyssi ⁊ ego iam ꝯcepta eram.

Sapientis ỽba sunt ista originaliter ꝓuer. viij. c. ⁊ in epla hodierne festiuitatis. Ob singularem ⁊ pcipuã reuerentiam quã totus mundus ad ỽginem gloriosissimam gerit festum ꝯceptõis eius annuatim per terraꝝ orbem solennit celebrat. Sunt eñ tot innumera amplissima ꝙ bñficia meritis ⁊ intercessione illius pissime mr̃is a deo patre ipiusq; filio ⁊ spũsancto nobis exhibita: vt merito ad eã colendã laudandã honorandãq; o⁹ib⁹ viribꝰ obligemur. Ipa nos ptegit ab hoste maligno. Ipa iratũ deum ꝓpter excrescentes mortalium iniqtates sepissime placat. Ipa nomen eius inuocantibus psidia liberalissime pstat. Et non ẽ q̃ se abscondat a calore charitatis ⁊ beniuolentie sue. Qua ꝓpter vt hodierna die cõceptiõis illius dignitas agnoscat de ipa in psenti ỽmõe q̃dam perpulchra dicemus: audientes auribus cordis ỽginem bñdictam dicentẽ ỽba i themate posita. Nondũ erant abyssi ⁊ ego iam concepta eram. In q̃bus triplicem ỽginis cõceptionem distinguemus.

¶ Prima dicit diuinalis.

¶ Secunda supnalis.

¶ Tertia maternalis.

¶ Q deus ab eterno concepit virginẽ in sua mente omibus puris creaturis preferendam. Capitulũ. I.

Prima virginis illibate cõceptio dicit diuinalis. qñ scz ab eterno deus concepit illã i sua mente.

Ad qd intelligendũ scire debemus q ꝑ positum cordis dicit ꝯceptio. vnde cũ q̃s deliberat aliq̃d facere dicere solet ita ꝯcepi animo. Sic deus añq; aliq̃d crearet in sua voluntate firmã ⁊ incõmutabili ꝓposuit creare vnã puellã ỽginem sanctissimã: que esset filij sui vnigeniti futura mr̃: spũssancti camera: porta padisi ac celi regina. Sed hoc loco querendũ est vtrum beata ỽgo fuit ꝓducta añ omnẽ creaturã. Nã de ipa ecclesia dicit illud Ecci. xxiiij. c. Ab initio ⁊ ante secula creata sum. Et iterũ in epistola huius solennitatis inducit ỽgo dicẽs illd ꝓuer. viij. c. Dñs possedit me ab initio viaꝝ sua ruz anteq; q̃cq; faceret a ꝓncipio. Ab eterno ordinata sum ⁊ ex antiq̃s anteq; terra fieret. Nec duz erãt abyssi ⁊ ego iam ꝯcepta eram. Nec dũ fontes aquarũ eruperant. nec dũ montes graui mole ꝓstiterant. Ante oẽs colles ego parturiebar. Que ỽba ita sonare videnr̃ q ipa ꝓducta fuerit añ ꝓductionem quarũcũq; rerũ. Et si diceret q ipa loquit q̃tum ad esse qd habuit in mẽte diuina: nõ in ꝓprio genere. neq; sic erim⁹ de veritate declarati. cum ẽm doctrinam domini Bonauenture in. j. di. j. Omia q̃ nunc sunt que q̃ fuerũt a deo ꝓducta ⁊ ꝓducenr̃ vsq; in finez fuerũt ab eterno in deo ẽm causatiuã potentiaz ⁊ ẽm similitudinis psentiã que tamen habẽt ex tempe actualem existentiã. Elemẽta itaq; ⁊ corpora celestia angeli ⁊ hoies ⁊ cuncta q̃ sunt fuerunt in mente diuina añq; essent: g̃ nõ magis ỽ competit ỽgini dignissime q̃ reliquis creaturis. Et si dicamus q ỽgo fuit in ꝓprio esse vt generare ante omnẽ creaturã tunc irridere nos possent fidei ⁊ religionis nostre aduersarij: cũ btã ỽgo nata fuerit ex Joachim ⁊ Anna sexta etate mũdi q̃ Jesum pepit eadem etate ⁊ ab vrbe condita anno septingentesimo q̃nquagesimo secũdo. Ideo in hac pte inducimus sententiã Augustini. xij. li. cfes. vbi ait. q aliq̃d dicit ꝑus altero quatuor modis. ꝓmo eternitate: sic deus ꝑcedit omnẽ creaturam. Secũdo origine sicut sonus ꝑcedit cantum. Tertio tempe: sic flos ꝑcedit fructuz. Quarto electione vel dignitate. sic aliq̃s ꝑelegit fructum magis q̃ florem. Virgo igit fuit ꝑ omni creatura excepta natura creata sui dilectissimi filij electiõe siue dignitate. Sicut a simili dixit de ipo Johãnes baptista Johãnis. j. c. Ipe est q̃ post me venturus est q̃ añme factus est ẽm diuinitatem: de xp̃o dicimus genitũ non factũ: ẽm humanitatem ỽo dũ christum ꝯcepit ỽgo Johes in vtero mr̃is agebat sextũ mensem. Quare Greg⁹. in omel. exponit ante me factus est. i. mihi ꝑlatus in dignitate. Et si obijceret q angeli sunt pstãtiores ⁊ dignores hoibus cũ sint intellectuales sbe quo ỽgo sanctissima angelicã sblimitatẽ excedere potest? Ad hoc rñdere possum⁹ ex dicti dñi Bonauẽ. in. j. di. xliij. in questiõe vtrũ deus potuit ỽginem facere meliorẽ. Q beata virgo pot consi-

rari triplicit. Primo q̃tum ad statũ naturalis conditiõis: ꝛ sic fuit paulominus ab angel' minorata. Angelus em̃ ꝑm suã essentialẽ naturam potior est ỽgine. Secõ q̃tum ad gr̃am concepti onis q̃ data est ei vt ꝯciperet xp̃m esset q̃ verissima eius mr̃. Et q̃tum ad hoc trãscendit dignitatem oĩm creaturarũ: oĩm hominũ omniuz q̃ angelorũ. Nam in illo vno ꝯsensu cum dixit Ecce ancilla dñi: plus meruit ꝯsentiendo in cõceptionem xp̃i q̃ omnes creature siue angeli siue hoies in omibus suis actibus: motib⁹ et cogitationibus. Et q̃dem omẽs quicũq; meruerunt nihil plus potuerũt mereri nisi ꝑm diuersos status gloriam felicitatis eterne. Hec autez ỽgo illo glorioso consensu meruit p̃matum orb̃ dñm vniuersi: extinctionem fomitis ꝛ oĩm gr̃arum: donorũ ꝛ ỽtutum plenitudinẽ: sceptrum regni sup omẽs creaturas: fecunditatẽ in virginitate ꝛ maternitatẽ vnigeniti filij dei: ꝛ vt adoretur in regno celorũ adoratiõe dulie digniori. Tertio p̃ot considerari beata ỽgo q̃tum ad excellentiã glorificatiõis. qz vt ecclesia cantat Exaltata est sancta dei genitrix sup choros angelorum ad celestia regna. Ipa nanq; fuit illud indiuiduũ singulare qđ ꝛ si non in natura in gratia tamen ꝛ gloria oĩbus angelis est p̃latum. Dignitas aũt gratie ꝛ multo plus dignitas gl'e incompabiliter transcendit dignitatem nature Nam ꝛ hoc ꝑuat adhuc in demonib⁹ in q̃bus dona nature manent integra ꝛ splẽdidissima cũ tamen ipi vilissimi ꝛ turpissimi abiectissimi pro pter culpam habeant. magnificata g̃ fuit a deo tam p̃clare ỽgo illa delicatissima vt p̃ter filium eius nulla creatura possit exequari. O femina sup omnia ꝛ ab oĩbus bñdicta: ꝑelectum ꝛ dignissimũ vasculũ fabricatũ a p̃mo artifice: erarium diuinorũ charismatũ. Elegit te deus et p̃elegit: vt in tabernaculo tuo deus ꝛ hõ nouem mensib⁹ habitaret. Audeo dicere q ꝓpter ỽginem in mente diuina conceptã p multa annorũ milia anteq̃ nasceret humanũ genus fuit p̃seruatum in esse. Constat em̃ q p̃ma transgressione Adam ꝛ Eua nõ solũ mortis ꝑ annihilationis exterminiũ meruerũt. Et diuina vltio q̃ acceptionem psonarũ ignorat: sicut nec culpã angelicam sic nec humanam dimisisset impunem. Hz ꝓpter p̃cipuam reuerentiã quã ad ỽginez habebat qz eaz ab eterno sup oẽs creaturas nõ vniendas deo q̃ creande erant dilexit p̃seruati sunt ꝓthoplausti nec in nihilũ redacti. Rõ est: qz hec puella erat in lũbis Ade ꝑm ratõez seminalem: ꝛ potentia ꝓducende puelle erat imp̃ssa in p̃mis parentibus donec in actũ educeret De ea aut̃ debebat nasci Jesus q̃ in Adã erat solũ ꝑm copulentaz sbam de ỽgine educedus ꝛ de nulla alia. Indulsit g̃ deus p̃mis parentib⁹ nec eos annihilauit: qz sic nõ fuisset nata beata virgo ꝛ p consequẽs nec Jesus siue deus carnem humanã vestisset. Ergo p istam nobilez creaturam saluauit deus p̃mos parentes de p̃ma trãsgressione: ꝛ Noe de diluuio: ꝛ Abraaz de cede regum. Jsaac de ismaele. Jacob de Esau. Ꝑo pulum iudaicũ de egypto: de manu pharaõis de mari rubro: de potestate diuersorũ regum tyrãnorũ. de Nabuchodonosor ꝛ captiuitate babylonica. Dauid de leone: de Golia ꝛ de Saul Et breuit' omnes indulgentias ꝛ liberatiões factas in veteri testamento nõ dubito deũ fecisse nisi p huius amore puelle ꝛ reuerentia quã de⁹ ab eterno p̃ordinauit suis cunctis operibus p̃ponendam.

Qꝛ angeli a p̃incipio cognouerunt xp̃m de virgine nasciturũ. Ca. II.

Secũda cõceptio virginis admirande dicit supernal'. Conceperũt q̃dem illã angeli dum a p̃ncipio sue beatitudis cognouerũt xp̃m incarnandum ꝛ ex ꝯsequenti de ỽgine nasciturum. Ad qđ plene intelligendũ dicit sctus Thomas p̃ma pte. q. lvij. q in angelis ẽ duplex cognitio Una natural' ꝑm quam cognoscũt res tum per existentiã suã: tum p species innatas: ꝛ hac cognitione mysteria gr̃e cognoscere nõ p̃nt. quia ex pura dei volũtate dependẽt. Si em̃ vnus angelus nõ potest cognoscere cogitatiões alteri⁹ ex volũtate eius dependentes: multo min⁹ p̃ot cognoscere ea que ex sola dei voluntate dependent. Est aũt alia angelorũ cognitio q̃ eos beatos facit q̃ vident ỽbuz ꝛ res in ỽbo: ꝛ hac quidem visione cognoscũt mysteria gr̃e ꝛ q̃dez omnia nec equaliter omẽs: ꝑ ꝑm q deus eis voluerit reuelare: ita tñ q superiores angeli pspicatius diuinam sapientiam ꝯtemplantes plura mysteria ꝛ altiora in ipa dei visione cognoscũt que inferioribus manifestãt eos illuminãdo. Et horũ etiam mysteriorũ: q̃dam a p̃ncipio sue creatõis cognouerũt: quedam ỽo post modũ ꝑm q eorum officijs congruit. Quare ꝛ mysteriũ incarnatiõis in generali sumptũ omibus reuelatum est a p̃ncipio sue beatitudinis. Cuius rõ ẽ: qz lꝫ est quoddã generale p̃nciptũ ad qđ oia eoꝝ officia ordinant'. Omẽs em̃ sunt administratorij spũs in ministeriũ missi ꝓpter eos qui hereditatem capiũt salutis. vt dicit ad hẽb. c. ij. qđ q̃ dem fit p incarnatiõis mysteriũ. Unde oportuit de hoc mysterio oẽs a p̃ncipio cõmunit' edoceri. De hoc sic dicit Aug⁹. li. v. sup Gen̄. ad lr̃az Sic fuit incarnatiõis mysteriũ absconditũ a seculis i deo vt tñ innotesceret p̃ncipibus ꝛ pote

statibus in celestibus. Loquēdo tñ de sacramē to incarnatiōis q̄tum ad spēales ꝓditiões Sic non oēs angeli a p̄ncipio de oibus sunt edocti: imo q̄dam etiā supiores angeli postmodū didi cerunt. vt refert Dionysius. vij. c. de celesti ie. Unde ℙaulus ad Ephe. iij. c. dicebat. Mihi aūt̄oim sanctorū. i. ap̄lorum minimo data ē gra hec in gentibus euangelizare inuestigabiles di uitias x̄pi ⁊ illuminare oēs que sit dispensatio sacramenti. s. redemptiōis p x̄m facte q̄ dispē sabilis est gentibus sicut ⁊ iudeis. ℔m glo. Ni co. de li. absc̄oditi a seculis in deo q̄ oia creauit vt innotescat p̄ncipibus ⁊ potestatibus in cele stibus p ecclesiam multiformis sapiētia dei ℔m p̄finitionem seculorū quam fecit in x̄po iesu do mino nr̄o. hec ibi. Hoc loco dicit Nico. de lira. Q̄ angeli sancti nō cognouerūt ad plenū myste rium x̄pi incarnati extendendū ⁊ dilectōz vsq̄ ad vocatiōz gentium: donec p̄dicantibus apo stolis fuit impletum. Quia añ habuerūt tantū simplicem noticiā que p̄t dici abstractiua inq̄ tum est rei nō p̄sentis: Sed q̄ñ fuit impletū ha buerunt noticiā experimentalē siue intuitiuam Sicut astrologus p motū celi certitudinalit̄ co gnoscit eclipsim futurā tamen adhuc pfectius eam cognoscit q̄ñ videt eaz actu existentē. Alij ꝺo dicunt q̄ angelis innotuit mysteriūz x̄pi de vocatiōe gentium simplicit̄ ⁊ omni mō p eccle siam. i. p p̄dicatōz ap̄lorz quod tñ q̄tuz ad hoc antea nullo mō cognouerant. Quicq̄d sit nega re non possum⁹ q̄ a p̄ncipio siue beatitudinis vt est p̄dictum reuelationē habuerūt de x̄po de ꝺ gine nasciturō. ℙauto nanq̄ q̄ post illā solēnis simam victoriā quaz habuerūt de lucifero ⁊ se quacib⁹ suis dū plenā beatitudinē obtinuissent Quia angelorz ruentiū sedes erant vacue beni gne rex celorz excelsus de⁹ suo mō omibus dixe rit. O astra matutina. O mee creature nobilissi me. Gaudete ⁊ exultate q̄ñ ex hoib⁹ saluandis iuxta vniuscuiusq̄ merita vr̄i ordines pficient ⁊ implebunt̄ ruine. Ad id ꝺo exequendū dum venerit plenitudo tp̄is. Sponsam accipiā puel lam vnā ꝺginem ⁊ plenam gr̄a in cuius vtero spūsancto cooperāte incarnabit̄ filius me⁹ vni genitus ⁊ dilectus. Sonuit ℔ vox cū ingenti le ticia in mentibus angelorū q̄ p multa annorum milia ꝺginem pūssimam p̄stolantes miro illam colebāt affectu. nec angelis tm̄ innotuit virgo dei filium in suo vtero gestatura. Sz insup mul tis patribus p̄riarchis atq̄ ꝓphetis q̄b⁹ incar natiōis mysteriū fuit diuinitus reseratū.

Q̄ beata virgo absq̄ infamia culpā originalez contraxit a qua ℔m opinio nem aliquorū p̄reseruata fuit.

Capitulū .iij.

Tertia conceptio virginis sacratissime ꝺr maternalis. q̄ñ ꝓcepit eam mat̄ sua. Et q̄ñ cōce ptionis officiū publice fit in ecclesia: scire pleri q̄ cupiūt: vtrū beata virgo fuit cū peccato ori ginali concepta. Et vt clare oia denudēt tria sunt in hac pte notanda. ℙrimū q̄ ꝓceptio po test duplicit̄ sumi. Uno mō p cōmixtōne semi num in copula viri ⁊ mulieris. Alio mō p ani matiōe que fit dum anima simul creat̄ ⁊ infun ditur a deo in corpe iam formato. Scōm notan dum q̄ peccatū originale duobus modis habe tur. s. formalit̄ ⁊ radicalit̄. Accipiendo ꝓceptio nem p̄mo modo ꝺgo nō habuit origiale forma liter. q⁹ originale formalit̄ est in anima et solum cuiuslibet peccati est anima sbiectū. vt declarat Franciscus de marone in suo. iij. ℙetr⁹ de can dia ⁊ sanctus Tho. iij. pte. q. xxvij. Sicut enī virtus est qualitas spūalis ita ⁊ vitium. Ter tium notandū q̄ radicaliter ⁊ in causa peccatū originale est in carne. Unde doctores theologi dicunt q̄ peccatū originale est infectio quedam in aīma contracta ex eius vnione ad carnē con cupiscibiliter seminataz. vt em̄ ait Francisc⁹ de marone in suis ℔monibus. Sicut corpus q̄ in duit sordido vestimento inquinat̄ ab eo. sic spi ritus rationalis q̄ñ induit corpe infecto q̄ ꝓcu piscentiam genito dicit̄ maculari. Et sicut in ve teri testamento fuit lex posita Leui. xiiij. c. q̄ cunq̄ intraret domum leprosam efficeret̄ imun dus. ita aīma ex eo q̄ intrat corpus q̄si domuz leprosam efficit̄ immūda. Et vt inq̄t ℙetr⁹ de candia. Contrahere originale cōpetit homibus ꝓpter demeritū p̄mi parentis ⁊ diuinū decre tum libere obligans filios Ade ad penā damni p crimine tali. Nec sufficit solū demeritū p̄mi parentis ad hoc q̄ cōcupiscibiliter ab eo descē dens contrahat peccatū originale: ℔ requritur diuinū decretū. Sanctissima q̄ ꝺgo licet ex hon nestissimis parentibus carnē ꝓtraxerit. tamen caro illa fuit concupiscibilit̄ ꝓpagata. Nec ad mittenda est illi vulgi falsa sententia q⁹. s. virgo ꝓcepta fuerit spūsancto cooperante sine virili semine ⁊ absq̄ viri et mulieris copula. Hereti ca est ⁊ pniciosissima opinio ista licet appareter videat ad ꝺginis laudem accedere. ℔ non egeat deus mendacio nr̄o. Et vt refert Aug⁹. in lib. de mendacio. Mendaciū maxie pniciosum est q̄ fit in his que ad x̄pianā religionē p̄tinēt. Et iterum idem Aug⁹. p̄tractans illud apostoli. j. ad Thozin. xv. ca. Inuenimur falsi testes: ait. ℙerhozrendū est aliq̄d falsē de deo dicere etiaz si ad laudem eius videat p̄tinere: nō em̄ minori sed maiori fortasse scelere in deo laudat̄ falsitas

q̃ vituperet veritas. Sic damnabiliter cuz fal
sitate virginem laudant q̃ eam de spũsancto cõ
ceptam temere p̃dicant. Vidi z ego in pleriscz
locis depictas imagines Joachim z Anne sese
osculo obuiantiũ inferiuscz rubricam sic cõtinẽ
tem. Qualiter Anna accepto osculo a suo viro
Joachim concepit in vtero virginẽ Mariam
Sekramenta sunt ista que z virgini summe dis
plicent. quare z de peccato originali formaliter
sumpto restat veritas differenda. An. s. duz ani
ma corpori suo fuit vnita originalem maculam
contraxit. Et circa hoc diuersimode doctores
loquunt. Ex quo duplex est huiusmodi rei fa
mosa opinio. Prima eorũ qui dicunt virginez
originale habuisse: a quo statim p sanctificatio
nem fuit mundata. Secũda opinio moderno
rum qui asserũt virginem a peccato originali p̃ser
uataz. Prima opinio habet tria. s. Firmitatez.
rationũ ꝯgruitatem: z impeccabilitatem. Pri
mo habet firmitatem: qm̃ multi sancti deuotissi
mi clarissimiq; doctores illã docuerũt. Ex qui
bus aliquos explicabimus. Infrascripti nãq;
omnes expresse fatent ỽginem in originali con
ceptam.

Anselmus in libro Cur deus hõ.
Beda in omel. sup Missus est.
Cassiodorus.
Hugo in libro de sacramentis.
Alanus in expositiõe simboli Athanasij.
Guilhelmus altisiodorensis.
Guilhelmus cancellarius parisiensis.
Henricus de gandauo in quodlibetis.
Guilhelmus durandi in rõnali diuinoz offi.

¶ Et de ordine fratrũ p̃dicatorũ.

Sanctus Thomas de aquino.
Hugo cardinal' in expositiõe Luce.
Albertus magnus.
Petr⁹ de tarantasia q̃ fuit Innocẽ⁹ q̃ntus.
Jacobus de voragine.
Burandus postea ep̃us meldensis.
Henricus generalis ordinis.
Petrus de palude.
Jacobus de lausana ep̃us lausanensis.
Hugo de argentina.
Nicholaus treueth.
Robertus olcorh.
Martinus qui fecit cronicas.
Vincentius qui fecit specula.

¶ De ordine minorum.

Aluarus hispanus.
Johannes de rupella.
Robertus conton.
Alexander de ales.
Bonauentura.
Riccardus de media villa.
Reginaldus archiep̃us rothomagensis.
Johannes Rigaldi.
Nicholaus de lira.
Beltrandus de turri cardinalis.
Bartholomeus de pisis.
Giraldus oddonis in libro de figuris.

¶ De ordine heremitarũ.

Egidius de roma.
Gregorius de arimino.
Bernardus oliueri.
Johannes theotonicus.
Jordanus theotonicus.
Johannes steringacij.

¶ De ordine carmelitarũ.

Guidõ episcopus maioricensis.
Paulus de perusio.

¶ De collegio canonistarum.

Johannes theotonicus glosator decreti in ca.
pnunciandũ. de con. di. iij.
Bartholomeus brixiensis. Et Raymũdus in
titulo de ferijs.
Guilhelmus durandi in speculo iudiciali.
Johannes Andree in ca. ꝯquestus. de ferijs.
Guido archidiaconus in ca. firmissime. de con
se. di. iiij.
Bernardus insup virginis amator p̃cipuus in
epistola ad canonicos Lugdunenses reprehen
dit celebrantes festum cõceptionis. De quo q̃/
dem aiũt z forte ficte. q; post mortem visus est
cuidam suo discipulo in veste fulgenti: in q̃ erat
macula quedã cui indicauit hoc significare ma
culam eius: quia tenuerat ỽginem in pctõ ori
ginali conceptam. Sanctus ỽo Tho. z Bona
uentura dicunt q; p festum cõceptionis de vir
gine celebratũ non dat intelligi q; in sua cõce
ptione fuerit sancta aut q; fuerit sine originali.
Sed quia quo tempe sanctificata fuerit ignora
tur. celebrat festum sanctificatiõis eius potius
q̃ cõceptionis in die cõceptiõis ipius. ¶ Se
cunda opinio ista habet rationũ congruitatem
Adducunt aũt plures congruentes ratiões q̃
bus ostendit q; virgo originale cõtraxit. Et p̃
ma est q: soli xpo filio dei ac ipius ỽginis bene
dicte cõuenit immunitas ab omni peccato. qõ
probat auctoritate sanctorũ. Inquit em̃ Gre
gorius li. xij. moraliũ. Nullus sine peccato est
nisi ille qui in hunc mũdum nõ venit ex pecca
to. Et Hiero. in euangelio filij ꝑdigi. Sol⁹ de⁹
est in quem peccatuz cadere non potest. Et Au
gustin⁹ in expositiõe psal. xxx. Christus omẽs
peccatores inuenit solus sine peccato veit. Et
idem in li. de nuptijs z concupiscẽtia. Oẽs sub
peccato nascimur z p vnum solum qui sine pec
cato natus est liberamur. Et idem in Enchiri.
Per mediatorẽ qui solus sine peccato nat⁹ est

ꝓsensit in copulam coniugalē: nō aūt exꝑsse in
copulam carnalem: nisi sub conditōe si deo pla-
ceret. vnde ⁊ angelus vocat mariā cōiugem di
cens. Noli timere accipere Mariā coniugem
tuam. Quod exponēs Augꝰ. in lib. de nuptijs
⁊ concupiscentia dicit. Coniunx vocat ex ꝑma
desponsatiōis fide quam cōcubitu nec cognoue
rat nec fuerat cogniturus. Quantū ꝟo ad secū
dam ꝓfectionem que est ꝑ actum mrimonij si lꝫ
referat ad carnalem concubitū ꝑ quem ꝓles ge
neratur non fuit istud matrimoniū cōsummatū
Habuit tamen illud matrimoniū etiaz secūdaz
ꝓfectionem q̄tum ad ꝓlis educationez. Unde
Augꝰ. dicit in lib. de nuptijs ⁊ concupiscentia.
Omne nuptiarū bonum impletum est in illꝭ pa-
rentibus xp̄i: ꝓles. fides. sacramentū. prolē co-
gnoscimus ipm dñm Jesum. Fidem qz nulluz
adulterium. Sacramentū qz nullū diuoztium.
solus ibi nuptialis cōcubitus nō fuit. Et si q̄s
obijceret contra ista. qz Hierony. contra Helui
dium ait. Joseph marie custos fuit potiꝰ q̄ ma
ritus. Dicendū ꝙ Hieronymus accipit maritū
ab actu matrimonij cōsummati. Silr intelligen
da sunt verba Hietonymi in Mattheū vbi ait
Cum virū audieris suspitio tibi non subeat nu
ptiarū. sed recozdare consuetudinis scripturaꝝ
qua sponsi viri ⁊ sponse vocanꝭ vxores. quod
Hieronymus vocat nuptias nuptialem concu
bitum. Omia ꝑdicta facile teneri possunt: ⁊ ꝙ
virgo vel anteq̄ cū Joseph cōtraheret: vl̄ post
q̄ contraxit ex dei reuelatione ꝟginitatem vo/
uisset. Et ꝙ Joseph illuminatus a deo qui ele-
git eū tāte virginis sponsum ⁊ sui filij alumnuz
ꝟginitatem voto fuerit complexus cum ꝓpen
dimus ipius virginis benedicte mozes ⁊ actus
diuinitus regulatos. In q̄dam tamen histozia
sic habeꝭ ꝙ beata virgo completo ablactatōis
triennio ad templum domini a parentibus fuit
ꝓducta vbi remansit cum alijs ꝟginibus ⁊ pu-
ellis in omni sanctitate fuiens altissimo deo. vi
sitabaturq̄ ab angelis frequentius: ⁊ spūalibꝰ
consolationibꝰ replebaꝭ. Quartodecimo vero
etatis sue anno pontifex publice denūciauit vt
virgines que erant in templo ⁊ etatis tempꝰ im
plessent domū reuerterenꝭ vt matrimonia con-
traherent: cuius mādato cum cetere paruissent
sola virgo Maria hoc se facere nō posse respō
dit: tum qz parentes sui eam domini fuitio mā-
cipassent: tum qz ꝟginitatem suam domio ipsa
vouisset. Tunc anxiatus pontifex ꝑ nouitate
rei imminente festiuitate iudeozū seniozibꝰ con/
uocatis: omniū vna hec fuit sententia vt domi
consiliū quereꝛeꝭ. Cum aūt oratiōi insisterent:
⁊ pontifex ad consulendū dñm accessisset: mox
de loco ozatozij cunctis audientibus vox inso-
nuit: vt q̄cūq̄ de domo Dauid nuptijs abiles
coniugati nō essent: singuli virgas ad altare de
ferrent: ⁊ cuiuscūq̄ virgula germinaret ⁊ i cacu
mine eius spūssanctus in columbe specie conse
deret: ipe ꝓculdubio esset cui virgo desponsari
deberet. Erat inꝭ ceteros Joseph de domo da-
uid cui cum incongruū videreꝭ si vir iam pue-
cte etatis tam teneram ꝟginem duceret in vxo
rem: ceteris virgas suas afferentibus: solus ip-
se ꝟgam non attulit. vnde cū nihil diuine voci
ꝓsonum apareret pontifex iterato dñm ꝓsulen
dum putauit: q̄ respondit q̄ solus ille virgā suā
non attulit cui virgo desponsari debebat. Indu
ctus itaq̄ Joseph vt virgam suā ferret: cum lꝫ
fecisset ilico germinauit ⁊ in eius cacumie colū-
ba cōsedit: quare sibi desponsata fuit ꝟgo: qui
in suam ciuitatem bethleem ꝓfectus necessaria
nuptijs ꝓuidebat. virgo aūt Maria ad domū
parentū in nazareth reuersa ē. Ubi in dieꝰ illꝭ
angelus Gabriel ei ozanti apparuit: ⁊ de ea na-
sciturū dei filium nūciauit. Hec in legēda nati-
uitatis ꝟginis. ¶ Tertiū dubiū fuit vtrū vir-
ginitas Marie fuit semp obꝟuata? Ad quod
nequā Heluidius hereticus oze sacrilego ⁊ bla
sphemo ausus est dicere: ꝙ post partū nō man
sit virgo: licet fuerit virgo ante partum ⁊ i par-
tu. Dumpsit aūt occasionē errozis q̄ male itel-
lexit scripturas. Nam in. j. c. Matthei scribiꝭ
de Joseph. Nō cognoscebat eā donec peperit
filiū suum ꝑmogenitū. Arguit Heluidiꝰ ⁊ dicit
hoc aduerbiū donec cōsueuit determinatū tps
significare quo completo fiat id qd̄ vsq̄ ad illd̄
tpus non fiebat: ꝟbū aūt cognoscēdi ibi ad coi
tum referꝭ. sicut ⁊ Genē. iiij. c. dicit ꝙ Adaz co
gnouit vxozem suā: ergo post partuz beata vir
go fuit a Joseph cognita. Insup ⁊ Jesus noia
tur ꝑmogenitus: ergo habuit fratres sꝫsequen
tes. Et hoc confirmaꝭ: qz Johānis. ij. c. dicit.
Descendit in capharnaū ipe. s. xp̄s ⁊ mr̄ ⁊ fra-
tres eius. ¶ Ozo cōfusione Heluidij ⁊ veritatl de
fensione notandū ꝑ illo ꝟbo cognoscebat: ꝙ q̄-
dam dixerūt hoc nō esse intelligendū de cogni-
tione carnis: sed de cognitiōe noticie. Dic enim
Chrys. ꝙ non cognouit eaz Joseph anteq̄ pa
reret cuius fuerit dignitatis: sed postq̄ pepit
tunc cognouit eam. qz ꝑ ipius prolem speciali-
oz ⁊ dignioz facta fuerit q̄ totus mūdus. quia
quem totus mūdus capere nō poterat in angu
sto vtero suo sola suscepit. Quidam aūt hanc co
gnitionē referunt ad noticiā visus. Sicut enim
Moysi cum domio colloquētis glorificata est
n

facies vt non possent in eum intendere filij isra
el. Sic Maria claritate virtutis altissimi obum
brata cognosci nō poterat a Joseph donec pa-
reret. Post partum vo a Joseph agnita iueni
tur specie faciei non libidinis tactu. Hiero. aūt
concedit hoc esse intelligendū de cognitiōe coi-
tus: ꝙ dicit q vsq vel donec in scripturis qnq
significat certum tpus. Sm illud ad Gal. iij. ca.
Propter transgressores lex posita est donec ve
nit sanctum cui promiserat. Añq vo significat i
finitum temp⁹. Sm illud. Donec ponam inimi-
cos tuos. ponit ibi donec p̄sp. Et Sm hūc mo
dum loquēdi euangelista ostendit q Joseph ñ
cognouit eam donec pepit. i. vsq ad partum ⁊
neq etiam post partū. De eo etiam q xp̄s dici
tur p̄mogenitus vt ait Hiero. ⁊ ponit de vbo.
signi. in. c. Joseph. Non post quē alius ꝙ ante
quez nullus. Et de eo qđ Heluidius referebat
xp̄m vicz habuisse fratres Hiero. ait. q quatu-
or modis in scriptura fratres dicunt. s. natura
gente. cognatione ⁊ affectu. vnde fratres domi
dicti sunt non Sm naturā q̄si ab eadem mre na
ti: ꝙ Sm cognationem quasi consanguinei eius
existentes. Detestandus ita q est error pnicio-
sissimus heluidij. vt inq̄t Tho. iij. pte. q. xxviij
Primo sicut qz derogat xp̄i pfectioni. q. s. Sm
diuinam naturam vnigenitus est p̄ris tanq̄ p-
fectus p omnia filius eius. ita etiā decuit vt eēt
vnigenitus matris tanq̄ pfectissimum germen
eius. Scđo hic error iniuriā facit spiritui sācto
cuius sacrarium fuit vterus virginalis in quo
carnem xp̄i formauit. Unde nō decebat vt đ ce
tero violaret p commixtionē virilē. Tertio de
rogat dignitati ⁊ sanctitati mris dei q̄ ingratis-
sima videret si tanto filio penta nō esset: ⁊ si vir
ginitatem que in ea miraculose p̄fuata fuerat
sponte pdere vellet p carnis concubitū. Quar-
to insup ipi Joseph esset ad maximā p̄sumptio
nem imputandū: si eam quā reuelante angelo đ
spū sancto deum p̄cepisse cognouerat: polluere
temptaret. Quare virginem añ ptum: virginez in
partu. virginem ⁊ post partum genitricē dei ve-
rissime p̄dicamus. Si vo vlterius aliq̄s quere
ret: cur voluit xp̄s de virgine nasci? Responde
re possumus ex dictis p̄fati doctoris sancti Tho.
vbi s. Et hoc factum est triplici de causa.

¶ Primo ppter dignitatem p̄ris.

¶ Scđo ppter puritatem filij.

¶ Tertio ppter incarnatiōis finem.

¶ Primo ppter p̄ris dignitatē conseruandam.
Cum eñ xp̄s sit verus ⁊ natural dei filius: nō fu
it conueniēs vt alium p̄rem haberet q̄ deus ne
dignitas transferret in aliū. Scđo ꝺ fuit conue
niens ppter puritatem filij. Ipe nāq est vbus
dei: vbum vo absq omni corruptōe cordis cō
cipit ⁊ ex corde absq corruptiōe p̄cedit. Unō
vt ostenderet q illud corpus esset ipi⁹ vbi dei:
Queniēs fuit vt de incorrupto virgis vtero na
sceret. Tertio fuit queniens ppter incarnatio
nis finem. Ad hoc eñ venit xp̄s vt homines rena-
scerent in filios dei nō ex voluntate carnis neq
ex voluntate viri. id est non ex consensu mulie-
ris et viri. sed ex deo. id est ex dei virtute nati
sunt. Unde Aug⁹. in li. de sancta virginitate ait.
Oportebat caput nr̄m insigni miracło Sm cor-
pus nasci de virgie vt significaret sua membra
de virgine ecclesia Sm spūm nascitura.

¶ De tribus legis cerimonijs quas beata virgo seruauit ex humilitate. Caplin. II.

Secunda virtus p̄stantissima quam in vgine benedi
cta templari debem⁹ dicit hūilita-
tis. Ob illam nāq sbiecit se hodierna die tripli
ci cerimonie legis.

¶ Prima cerimonia fuit purgatiōis

¶ Secunda p̄sentatiōis.

¶ Tertia oblationis.

¶ Prima cerimonia dr purgatiōis. Quadra-
gesimo nanq die a natiuitate dñi venit ad tem-
plum vt Sm consuetudinem legis mundaret: cuz
tñ sb illa lege nō teneret. Ad qđ plene itelligen
dum ponderanda sunt ea que scribunt Leuiti.
xij. ca. vbi sic hr̄ in sententia: q mr̄ si suscepto
semine peperisset masculum immūda esset septē
diebus. immūda. s. a consortio hoim ⁊ ab ingres-
su templi. Sed completis septem diebus mun-
da đem efficiebat quo ad consortiū hominū.
Sed adhuc vsq ad trigesimū tertium diē quo
ad ingressum templi immūda erat. tandez com
pletis quadraginta diebus: quadragesima die
templum intrabat ⁊ puerum cum munerib⁹ of
ferebat. Si vo feminam pepisset duplicabatur
dies ⁊ quo ad cōsortiū hominū ⁊ quo ad ingres
sum templi. Beatissima vo virgo nullā habuit
immunditiā a qua purgaret. neq filium conce
pit virili semine: quare nec legi purificatōis ob
ligabat. voluit tamen p̄dictam legem humilit
adimplere. Naz vt inq̄t Tho. iij. pte. q. xxxvij
Sicut plenitudo gratie a xp̄o deriuat in mrez
ita decuit vt mater humilitati filij conformaret
Et ideo sicut xp̄s licet legi non esset obnoxius:
voluit nihilominus circūcisionez aliaq onera
legis sbire. ad demōstrandū humilitatis ⁊ obe
dientie exemplum: ⁊ vt approbaret legem: ⁊ vt
occasionem scandali a iudeis tolleret: propter

eadem rationes voluit ꝛ matrem suam implere legis obſuantias quibus tamen nō erat obnoxia. Ideo Bernardus ad ỽginem sic deuote loquitur. Vere beata virgo non habes causam: nec tibi opus est purificatione: sed nunq̄d filio tuo opus erat circūcisione Esto inter mulieres tanq̄ vna illarū: nam ꝛ filius tuus sic est in medio puerorū. Hec Bernardus. ¶ Secunda ceremonia legis cui se virgo sancta ſbiecit dicit p̄ sentationis. vt enim scribit Exodi. xiij. ca. Locutus est dñs ad Moysen dicens. Sanctifica mihi omne p̄mogenitum quod aperit vuluaz i filij s israel. Ubi sciēdū q̄ de prole nata duplex p̄ceptum tradebatur in lege. Unum quidem generale q̄tum ad omnes. vt.s. completis diebus purificationis matris offerēt sacrificiuz p filio siue p filia. vt habet Leuitici. xij. ca. Et h̄ quidem sacrificium erat ad expiationem peccati in quo prole erat concepta ꝛ nata: ꝛ etiaz ad consecrationē quandam ipius: quia tunc prio p̄sentabatur in templo. Et ideo aliquid offerebatur in olocaustum. aliq̄d pro peccato. Aliud erat p̄ceptum speciale de p̄mogenitis tam in hominibus q̄ in iumentis. Sibi enim dominꝰ deputauerat omne p̄mogenitum in israel: p eo q̄ ad liberationem populi israel pcusserat primogenita egypti ab homine vsq̄ ad pecus: primogenitis filiorū israel refuatis. Et quia christus fuit p̄mogenitus Marie ỽginis matris: vtrū q̄ fuit factum circa eum. Primo q̄tū id quod erat speciale: ꝛ ptinet ad p̄mogenitos. Ob q̄ dicit Lucas. Tulere illū in hierusalē vt sisterēt eum. id est offerrent dño: q̄ omne masculinum adaperiēs vuluam .i. p̄mo nascens ſm Nicolaum de lira. Cuiusmodi erāt p̄mogeniti: sāctuz domino vocabit. Secūdo factum fuit circa cristum id quod cōmuniter ptinet ad omnes. Et hoc notat cum dicit. Et vt darent hostiaz ſm q̄ dictum erat in lege domini par turturuz aut duos pullos columbarū. Quia ỽo dicit. Omne masculinū adaperiens vuluam. ptz q̄ loquitur de masculo concepto ꝛ nato p aperitionem clausture ỽginalis: quod non habuit locū in beata virgine: que virgo pmansit in p̄ceptu ꝛ partu: tamen hanc legem ex humilitate voluit obseruare. ¶ Tertia cerimonia cui se virgo subiecit dicitur oblationis. Nam obtulere ipa ꝛ Joseph p domino par turturum aut duos pullos columbarū. Hec erat oblatio pauperū: ſ agnꝰ oblatio diuitum. Uerūtamen tres difficultates hic oriunt. Prima an cōueniens fuit aliq̄d offerre deo. Secūda quare oblatio fiebat de aliq̄bus determinate non de omibus. Tertia quare animalia offerebantur occisa. Pro p̄ma difficultate posiet quis arguere isto modo. Nihil ē offerendū alicui quod suum est ꝛ ipe non indiget. Sed dei erant omnia que in sacrificijs offerebantur ꝛ illis non indigebat: q̄ ad vsum hominis illa deputauerat: ergo nō erant deo offerenda. Confirmant ista. quia dauid in psalmo. Domini est terra ꝛ plenitudo eius orbis terrarum ꝛ vniuersi qui habitant in ea. Et itez. Sacrificiū ꝛ oblationem noluisti. Et in alio Psal. Inducit loquentem deū. Nunq̄d manducabo carnes taurorū aut sanguinem hircorū potabo In cōtrarium aūt est illud quod ponit Leuiti. p̄mo. c. Ubi deus dixit oblata omnia adolebit sacerdos sup altare in olocaustū ꝛ odorem suauissimum domio. Et pterea sanctus Tho. .s. Se. q. cij. dicit q̄ deus voluit sibi offerre sacrificia triplici ratiōe.

¶ Primo pter mentis ordinationem.
¶ Secdo pter idolatrie excusationem.
¶ Tertio pter figurationem.

¶ Primo voluit deus offerri sibi sacrificia propter mētis ordinationē. Ad hanc ptinet vt omnia que quis habet recognoscat a deo. vt dicitur. xxj. q. .s. in. c. reuertimini. ꝛ ordinet in deuz tanq̄ in vltimum finem. Et hoc repsentabat in oblationibus ꝛ sacrificijs. Hinc ē q̄ Dauid vt scribit .s. Paralipo. c. xxix. dicebat. Tua sunt omnia ꝛ que de manu tua accepimus dedimus tibi. Secūdo voluit deus offerri sibi sacrificia pter idolorū excusationem vt p honorez qui reddebat deo retraheret populus a cultu idolorz. Nam p̄cepta de sacrificijs nō fuerūt data populo iudeorū nisi postq̄ declinauit ad idolatriam adorando vitulum cōflatilem. Tertia ratio fuit pter figurationem. Futurꝰ nanq̄ erat xp̄us qui se offerre p hominum salute debebat Ideo oblatiōes veteris legis xp̄m figurabant: de quo sic inquit apostolus ad Ephesios. v. c. Tradidit semetip̄m pro nobis oblatiōem ꝛ hostiam deo in odorem suauitatis. Et ad Heb. x. ca. Ep̄s vnam semel p peccatis hostiam obtulit in sempiternuz. Cōcludimus ergo q̄ licz dei sint omnia q̄bus nec indiget oblatiōes tamen sibi fieri voluit pter hominū vtilitatem rationibus p̄dictis. ¶ Secūda difficultas erat quare oblatio fiebat deo de aliq̄bus determiate: ꝛ nō de omibus. Nam de generibus animaliū quadrupedum offerebant boues: oues: capre. Et de auibꝰ turtur ꝛ colūba: ꝛ in mūdatiōe leprosi de passeribus. Quare non offerebant pisces aquile: leones ꝛ similia? Et rñdet Tho. vbi. .s. q̄ hoc fiebat pter tria.

¶ Propter cōmunem abilitatem.
¶ Propter mundiciā ꝛ puritatem.

¶ Propter oblationis singularitatem.
¶ Primo hoc fiebat ppter cōmunem abilitatē quia illa que offerebantur facile haberi poterāt a cōmunitate hominū: nō sic leones aquile vel pisces. Secundo hoc fiebat ppter mūdiciam ⁊ puritatem. quia illa animalia mundum habent nutrimētū. sicut dicit Rabi moyses. nō sic gallina ⁊ porcus. Tertia ratio erat ppter oblationis singularitatem vt esset singularis oblatio q̄ fiebat deo: differens ab oblatiōe que fiebat idolis. Et q̄ egypti colebant oues ⁊ venerabātur hircos eo q̄ demones i illa forma eis apparebāt Boues ꝯo habebant inter res sacras ob reuerentiam Ysis quā deā habebāt. Hec fuit sozor fozonei que nauigās in egyptum multa egypti os de agricultura docuit. Idcirco offerebātur deo oues. hirci. capre ⁊ boues. Insup vt ait rabi moyses in colūbis meliozes sunt pulli: in turturib⁹ meliozes maiozes. ¶ Tertia difficultas erat quare animalia offerebātur occisa? Ad q̄ dicit sanctus Thomas q̄ hoc fiebat triplici ratione. Primo ppter conformatiōem: q̄ sic veniūt in vsum hominū. Secundo ppter significationem. q̄ significabant occisionez quaz peccatoz mereꝝ ⁊ deus misericoz ppter humilitatem ⁊ reuerentiam sibi factam tollerat illuz ⁊ ppter penitētiam indulget sibi. Tertio sic fiebat ppter figurationem xp̄i: qui occisus debebat immolari. his ergo dimissis redeamus ad oblationem factam pro christo. Nam licet ex paupertatis amore pauperuz oblationem elegerit. tamen (vt inquit Tho. iij. parte. q. xxxvij.) turtures ⁊ columbi figure congruūt. Nam turtur quia est auis loquax p̄dicationem ⁊ cōfessionē fidei significat: quia ꝯo est animal castum significat castitatem: quia ꝯo est animal solitarium significat contemplationem. Columba ꝯo est animal māsuetum ⁊ simplex ideo māsuetudinē ⁊ simplicitatem significat.

¶ De liberalitate virginis que manifestatur in dispensatione munerum et cōcessione filij atq̄ in omnes eaz invocantes beniuola condescensione.

Capitulū. iii.

Tertia virt⁹ principalis quam in virgine beatissima contemplari debemus dicit liberalitatis: quam deprehendere possumus maxie propter tria.
¶ Primo ppter munerū dispensationem.
¶ Secūdo ppter filij concessionem.
¶ Tertio ppter beniuolam condescensionem.
¶ Primo possumus deprehendere liberalitatez ꝯginis benedicte ppter munerū dispensatōz. Nam vt scribit Mattheus. c. ij. Magi obtulerunt christo munera p̄ciosa: aurū: thus ⁊ mirrham. verūtamen vt pie creditur omia pauperibus dispensauit. Neq̄ putandū est q̄ tres reges vilia dona regi regum porrexissent. licz aliqui hoc velint asserere q̄ dicūt talia fuisse facta ppter mysticam significatōz. Alij ꝯo cōsentientes opinioni eorū qui dicunt magna auri pondera fuisse christo donata: fingunt ꝯginem illa refuasse p̄ pegrinatione in egypto. Sed reuera quod p̄ius diximus magis est verisimile atq̄ credibile virginem. s. illam pijssimam cuncta pauperibus distribuisse. ¶ Secūdo possumus deprehendere virginis liberalitatem p̄opter filij sui gratiosam concessionem: quādo videlicz cōcessit eum Simeoni sancto: qui accepit illum in vlnas suas. De hoc sic refert Lucas. Et ecce homo erat in hierusalem cui nomen Simeon: ⁊ homo iste iustus ⁊ timoratus expectās consolationem israel: ⁊ sp̄ūs sanctus erat in eo. ſm Nicholaū de lira. hoc intelligitur q̄tum ad gratie plenitudinem. quia nō solum habuit gratiaz iustificantem put habetur cōmuniter a iustis: sed etiam q̄tum ad illuminatiōes diuinas ⁊ consolationes speciales. Idem ꝯditur. Et responsum acceperat a sp̄ūsancto. s. in ozationib⁹ suis deuotis: non visurum se mortē nisi videret christum domini. Tunc enim erat opinio cōmunis apud intelligentes q̄ imminebat aduētus christi. Et ſm signa a patriarchis ⁊ ꝓphetis data. ideo Simeon de hoc deum feruentius ozabat: ⁊ in ozatione respōsum accepit q̄ christū natuz videret anteq̄ vitam p̄sentem finiret. Et venit in spiritu in templum. id est p̄ reuelationem spiritus sancti vt videret christum sicut erat ei promissum. Et cum inducerēt puerum Jesum ad faciendū que p̄dicta sunt ſm legem. Et ipse accepit eum in vlnas suas cum maximo cozdis gaudio. ſm q̄ dicit Prouerbioz. xij. c. Desiderium si compleat delectat animam. Intuemur Simeonem a virgine filiū exposcentez: cōsideremusq̄ q̄ blande q̄ benigne q̄ue liberalis sime mater illa illum sibi consignauit. O Simeon accepisti illū in vlnas tuas. id est i brachia? Quem accepisti? Et regem regum ⁊ dominum dominantiū. Quem ad tuum pectus dulciter deduxisti? Filium dei ⁊ virginis illibate. Quē aspexisti? Deum ⁊ dominem christuz humani generis redemptorem. O felicia brachia. O beati oculi tui: quoniā meruisti tanto priuilegio dotari. Super hoc Augustinus in ſmone p̄sentis solennitatis ait. Hec sunt testimonia tua

domie Jesu: anteq̄ sibi sternerent fluctus maris: campi cederent imperanti. anteq̄ ventus te iubente siluissent: mortui te vocante resurrexissent: sol te moriente palluisset: terra te resurgente tremuisset: celum te ascendente patuisset. Ad huc manibus matris portabaris: & iam domi⁹ orbis agnoscebaris. Et pp̄terea Simeon bene dixit deum gratias agendo pro tanto beneficio & dixit. Nunc dimittis domie seruū tuum ſm verbū tuū in pace. idest de cetero dimittes me de hac vita transire in cordis quiete. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Letanter enim descendere volebat ad limbum patrum. ex quo videbat saluatorem natum. Quod parasti ante faciem omniū populor̄. id est coram omnibus populis q̄bus mysteriū incarnationis & redēptionis p̄dicatum est p̄ apostolos. Lumen ad revelationem gentium: quia prius errorum tenebras inuoluebantur. Et gloriaz plebis tue israel. Magna est enim gloria iudeis ad christi fidem conuersis q̄ christus ſm carnem nat⁹ est de ipis. Et pater ei⁹. s. Joseph: qui meruit vocari pater christi eo q̄ nutricius ei⁹ fuit. & mater. s. Maria que fuit mater eius vera erāt mirantes sup̄ his que dicebantur de illo: tūc a Simeone: & prius a magis & a pastoribus & a Zacharia & Elisabeth. Et restituto puero virgini benedixit illis Simeon. s. virgini et Joseph. Quāuis enim Maria & Joseph essent maiores Simeone in sanctitate: ille tamen erat maior ordine tum ad sacerdotis officium: ad quem spectat benedicere populū. Et non solum benedixit: sed etiam futura p̄dixit. Ecce inquit positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum in israel. quia. s. in passione christi que futura erant multi iudei fuerūt excecati a veritate cadentes. Et multi fuerunt illuminati: qui prius erant simplices & ignorantes. vt patet de apostolis quibus post passionem christi data est intelligentia scripturarū. ſm q̄ dicitur Luce vltimo. cap̄. Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. Subsecutus est Simeon: & in signum. s. federis inter homines & deum cui cōtradicetur a scribis & phariseis & alijs. Et tuam ipius animam ptransibit gladius. id est doloz passionis eius ptranfibit animam tuam p̄ compassionem: vt reuelētur ex multis cordibus cogitationes quia licet virgo tempore passionis in fide perseuerauit: alij tamen discipuli diuersas fluctuationes cogitationū habuerunt quousq̄ viderūt ipm a mortuis resurrexisse. ¶ Ter tio possumus dep̄hendere virginis liberalitatē propter benignam condescensionem. Cōdescēdit quipe omnibus eius p̄sidium implorantibus. Ipa est dulcedo & spes nostra: vt cantat ecclesia. Ipa est stella maris: q̄ naufragātes in mare huius mundi ad portum salutis dirigit. Ipa propinqua est valde peccatorib⁹ sicut luna inter planetas ppinquior est terre. Ut accedamus ad eam confidēt̄ inducit nos deuotus Bernardus his verbis. Secuz inquit habes o homo accessum apud deum. vbi habes filiuz ante patrem: & matrem ante filium. Fili⁹ ostendit patri cicatrices & vulnera: mater ostendit filio pectus & vbera. Nec vlla potest esse repulsa vbi tot occurrunt charitatis insignia. Et iteruz Bernardus. Quando misereri non poterit mater omnipotētie? Quādo misereri nollet mater misericordie? Et idem. Reuolue totam seriem euangelij & si quid asperū: si quid durum inueneris in Maria deinceps eaz suspectā habeas & ad eam accedere verearis. Igitur sub alis ei⁹ confugiamus vt sic tuti esse possimus. & in hoc seculo filij sui gratiam mereamur accipe & tandem gloriam sempiternam.

¶ Sermo vigesimusnonus de assumptione et exaltatione virginis sacratissime in qua maxima relucet diuina potentia.

Fecit mihi magna qui potens est. Glorioſe virginis Marie verba sunt ista originaliter Luce. j. c. Et si omnia que in virgine benedicta diuia largitas dignata fuit operari magna sint & stupenda: verūtamē exaltatio illius sup̄ omnem celestem militiam cunctos in stupoꝛem & admiratiōem cōmouere debet. Quid enim excogitari mirabilius potest q̄z q̄ vna mulier transcenderit beatitudinem quo rūcūq̄ citra filium hominū & angelorum eumq̄ locum in empyreo celo conscendit: ad quez nulla alia pura creatura vllo vnq̄ tempe propera re valebit. Hec omnia tamen cum ingēti leticia deuotioneq̄ ardentissima a nobis commemoꝛari debent. Hinc Hyeronymus in ſmōe ad paulam & eustochiū inquit. Hodie glorioſa semper virgo Maria celos ascendit: rogo gaudete: q̄z vita fatear ineffabiliter sublimata cum christo regnat in eternum. Regina mundi hodie de terris & de p̄senti seculo neq̄ eripitur. Iteruz dico gaudete: q̄z secura de sua immarcessibili gloria ad celi iam puenit palatiuz. Exultate inquā ac gaudete: et letetur omnis orbis: quia hodie nobis omnibus eius interuenientibus meritis

salus aucta est. Vobis quoq; diligentib⁹ eam honor ⁊ virtus vna cum reliquis virginib⁹ sacris amplior prestat ⁊ gratia. Idcirco dilectissimi letamini ⁊ laudate: quia si deum ore pphetico in sanctis suis laudare iubemur: multomagis eum in hac celebritate beate virginis mris eius oportet cum hymnis ⁊ canticis diligenti⁹ extollere ⁊ dignis deo iubilare preconijs ac mysticis honorare muneribus. Hec Hieronym⁹.
Ut autem mens nostra virginis in celuz aduolantis mysteria pscrutari possit: de ipa in psenti sermone dicemus. In qua tria magna notabimus que fecit deus.
¶ Primũ dicit summatiõis.
¶ Secundũ glorificatiõis.
¶ Tertiũ assumptionis.

¶ De felici transitu virginis et de his que occurrerunt in illo.
Caplm. I.

PRimum quod fecit deus magnum in ẏgine matre dicit consummatiõis. Naz p̃sentem vitam feliciter consummauit eiusq; transitus decoratus extitit multis priuilegijs ⁊ prerogatiuis. Ad quod pleni⁹ intelligendum. Primo querimus quot annis postq; christus ascẽdit ad celos illa mater sanctissima supuixit. Et ad hoc quidam Epiphani⁹ dicit: q; beata virgo quãdo cõcepit christum erat annorum quatuordecim ⁊ in quindecimo ipm peperit ⁊ mansit cum eo annis triginta tribus: et post mortem supuixit annis viginti quattuor. Et ẏm hoc quando obijt erat annorum septuaginta duorum. Aliquibus tamen pbabilius videtur q; duodecim annis vixerit post passionẽ sui filij: ⁊ sic sexagenaria sit assumpta: cum apostoli totidem annis p̃dicauerint in iudea et circa partes illas: sicut ecclesiastica tradit historia. Secundo videndũ est quid virgo fecerit illo tempore vsq; ad suam depositionem? Et ad hoc dicunt quidam q; remansit in domo iuxta montem syon posita: omniaq; loca filij sui. scilicet baptisma. ieiunij. passionis. sepulture. resurrectionis. ascensionis deuotione sedula visitabat. Hieronym⁹ autem ad Paulam ⁊ Eustochium ita scribit. Si queritur post ascensionez quid egerit vnũ p certo est q; virgo sancta corpore ⁊ mente permansit. Quia sane angelus gabriel ac si celestis paranimphus intactam custodiuit. Et Johannes apostolus atq; euãgelista cui christus de cruce eam cõmisit ẏgo virginem seruauit: suisq; ei deseruiuit obsequijs. Non q; eximius ille sanctorũ chorus apostolorum eam deseruerit inter quos post resurrectionem intrans ⁊ exiens familiarius ꝓtulit de christi incarnatione. tanto siquidez verius quanto ab initio plenius p spũmsanctum cuncta didicerat ⁊ perspexerit oculis vniuersa: licet ⁊ apostoli p eundem spũmsanctum omnia cognouerint ⁊ in omnem edocti puenerint veritatem. Hieronym⁹. Tertio inuestigãdum est an sit in conuenies de transitu ẏginis acceptare que in libro apocripho qui Johanni euãgeliste ascribitur edocenť? Ad quod ita respondet Hieronymus vbi supra. Si venerit in manibus vris illud apocriphuz de transitu eiusdem virginis dubia p certis non recipiatis quod multi latinorum pietatis amore studioq; legendi carius amplectũtur. Quarto pscrutari debemus que sint illa que (vt pie tenere possumus) occurrerunt in virginis felicissimo obitu. Et vt colligitur a sanctis fuerunt p̃cipue sex. Primum fuit virginis consolatio. Dienanq; quadam duz in filij desiderijũ coz eius vehementer accenderet angelus cum multo lumine ei astitit ⁊ reuerenť salutauit. Aue inquit benedicta filius tuus ad te me misit: qui ⁊ genitricem reuerendam expectat: die itaq; tertia assumeris ad regna celestia. Cui virgo. Cupio inquit vt filij ⁊ fratres mei apostoli ad me pariter congregenť: vt eos anteq; moriar corporalibus oculis videam: et ab eis sepeliri valeam: ⁊ ipis psentibus spiritum deo reddam. Iterum exopto valde vt anima mea de corpore exiens: nullũ spiritũ teterrimũ videat: nulla q; mihi sathãe potestas occurrat. Cui angelus. Ecce omnes ad te congregabuntur apostoli: qui nobiles tibi exhibebunt exeq̃as funeris: ⁊ in eorũ conspectu spirituz exhalabis. Nam qui olim pphetam de iudea in Babyloniam in crine attulit: sbito ipe pculdubio ad te apostolos adducere poterit in momento. Malignos autẽ spiritus videre cur metuis cũ eorum supbiam tua humilitate contriueris: hoc tamen voluntas tua vt ipos nõ videat. His dictis absscessit angelus. Aiũt autem nõnulli q; p̃sentauit angelus virgini palmam quam attulit e paradiso: que nimia claritate splendebat. Et erat virge viriditati consimilis: sed folia illius vt stella matutina fulgebant quã ante phetrum portandam angelus dixit. Secundum quod occurrit in virginis obitu fuit apostolorum omniũ congregatio. Refert nanq; Dionysius in libro de diuinis nominibus. Apostolos in dormitione virginis euenisse: ac vnumquẽq; in laudem christi ⁊ virginis sermonem

feciſſe: loquens nanq; ad Thimotheū ait. Noſ
vt noſti ⁊ ipe ⁊ multi ſanctorum noſtrorum fra
trum cōuenimus ad viſionem corporis vite ꝑn
cipis: ⁊ que deum ſuſcepit. Qualiter vero ibi
apoſtoli venerūt colligitur vtputo ex illo libro
apocripho. Nam ꝑdicante Johanne in ephe-
ſo celum repente intonuit: ⁊ nubes candida ip-
ſum ſuſtulit ac raptum ante Marie ianuā col
locauit: percutien ſq; oſtium interius introiuit
⁊ ꝙginem ſalutauit. Quem illa videns obſtu-
puit: ⁊ pre gaudio lachrymas continere nequi-
uit. Dixitq; fili Johannes memor eſto verbo-
rum magiſtri tui: quibus me tibi in matrem: et
te mihi in filium commēdauit. Ecce a domino
vocata debitum humane conditiōis exoluo: ⁊
corp⁹ meum tibi ſolicita cura recommēdo. Au
diui enim iudeos dicentes. Expectemus viri
fratres quo aduſq; illa que Jeſum portauit ſb-
eat mortem ⁊ corpus eius continuo rapiemus
ac iniectum ignibus comburemus. Tu igitur
hanc palmam deferri facies ante pheretruz: cū
corpus meum duxeritis ad ſepulchruz. Dixit
q; Johannes. O vtinā hic eſſent omēs aposto
li fratres mei: vt decentes tibi parare poſſem⁹
exequias: ac exoluere laudes dignas. Hec illo
dicente omnes apoſtoli de locis in quib⁹ pre-
dicabant a nubibus rapiuntur: ⁊ ante Marie
oſtium collocant. Qui videntes ſe ibidem inſi
mul congregatos mirabant dicentes. Que nā
cauſa eſt propter quam hic domin⁹ nos inſimul
congregauit. Johannes ergo ad eos exiuit: et
dominā de corpore receſſuram ꝑdixit. Tertiuz
quod occurrit in ꝙginis tranſitu fuit ſine dolo-
re cōſummatio. Pie nanq; creditur q; anima il-
la ſactiſſima abſq; dolore fuerit a ſuo corpore ſe-
parata. vt autem ſcribit in libro illo apocripho
Congregatis apoſtolis circa horam noctis ter
tiam: affuit Jeſus cum angelorum ⁊ ſanctorum
multitudie: dixitq; Jeſus ꝙgini matri ſue. Ve
ni electa mea et ponam in te thronum meum: q;
concupiui ſpeciē tuam. Et illa. Paratū domie
cor meum paratū cor meum. ſicq; Marie ani-
ma de corpore egredit: fuitq; tam a dolore car
nis extranea q; a corruptione extiterat aliena.
Quartum quod occurrit in virginis obitu fuit
chriſti ⁊ totius curie celeſtis obuiatio. Et de h
ita pulchre loquit Hieronymus in ſermone ad
Paulaz ⁊ Euſtochiū. Ad eius ꝓfecto exequi
as q;tum phas eſt credere fatiulabant angeli:
⁊ vniuerſe celorū congratulabant curie: nec mi
rum quia honor maternus eius ē: qui natus ē
ex ea: quem omnis celorū ordo venerat ⁊ ado-
rat ſup ſe eleuatum cum patre in ſede maieſtatis
deum. Legimus ergo q; ſepe ad funera et ad ſe-
pulturas quorūlibet ſanctorū angelos aduenis
ſe ⁊ ad exequias eorum obſequia ꝓſtitiſſe: necnō
⁊ animas electorū vſq; ad celos cum hymnis ⁊
laudibus detuliſſe. vbi ⁊ vtriuſq; ſexus chori
cōmemorāt frequēt auditi laudes ceciniſſe Et
in terra ⁊ quod perſpicacius eſt multo nonnū-
q; lumine eoſdez reſplenduiſſe. Inſup ⁊ adhuc
viuentes in carne ibidem miri odoris fragran-
tiam diutius ꝓſenſiſſe. Quod ſi ad recreandam
ſpem ⁊ corroborādā fidem interdum aſtantiuz
ſaluator noſter chriſtus ob merita ſuorū ampli
us comprobanda tanta ⁊ talia dignatus eſt ex-
hibere ꝑ ſuos celi miniſtros circa defunctos:
quantomagis hodierna die credendum eſt mi-
litiam celorū cum ſuis agminibus feſtiue obui-
am aduenisſe genitrici dei: eamq; ingenti lumi-
ne circūfulſiſſe: ⁊ vſq; ad thronum olim ſibi eti
am ante mundi conſtitutiōz paratum cum lau-
dibus ⁊ canticis ſpūalib⁹ pduxiſſe. Nulli du
bium omnem illam celeſtem hieruſalem tunc ex
ultaſſe ineffabili leticia: tunc iocūdatam eſſe in-
extimabili charitate. tuncq; cum omni exultati
one iubilaſſe: quoniaz feſtiuitas hec que nobis
hodie reuelabitur annua: illis ominibus facta ē
continua: nec immerito. creditur enim q; ſalua
tor omniū ipe q;tum datur intelligi ꝑ ſe totus
feſtiuus occurrit: ⁊ cum gaudio eam ſecum in
thronō collocauit. Hec Hieronymus. Quin-
tum quod occurrit in virginis tranſitu fuit iu-
deorum ꝓſecutio. Nam vt ſpūm tradidit virgo
ſanctiſſima dixit apoſtolis domin⁹. Corp⁹ vir
ginis matris in vallem ioſaphat deferte ⁊ i mo
numento nouo quod ibidem inuenietis illud re
condite: ⁊ me ibidem triduo donec ad vos re-
deam expectate. Statimq; apoſtoli corp⁹ cum
laudibus ſuſceperūt. domin⁹ ꝙo pheretrum et
apoſtolos nube ꝓtexit itaq; ipi non videbant
ſed tm vox audiebat. Affuerunt ⁊ angeli cum
apoſtolis concinentes ⁊ terram totaz ſonitu mi
re ſuauitatis replentes. Excitati omnes ad tam
dulcem melodiam de ciuitate velocius exeunt:
⁊ quidnam hoc ſit diligentius ſciſcitant. Tunc
extitit qui diceret Mariaz illam matrem Jeſu
eſſerūt diſcipuli mortuam: tunc omnes ad arma
concurrūt ⁊ ſe mutuo hortant dicentes. Uen
te ⁊ omnes diſcipulos occidamus: ac illud cor-
pus quod ſeductorem portauit ignibus combu
ramus: Princeps aūt ſacerdotū hec vidēs ob
ſtupuit ⁊ ira repletus ait. Ecce tabernaculum
illius qui nos ⁊ genus noſtruz cōturbauit qua
lem gloriam nunc accepit: ⁊ hoc dicens manus
ad pheretrum miſit volens illuz euertere. Tūc
manus eius ambe ſubito aruerunt: ⁊ pheretro
adheſerūt ita vt ad pheretrū manibus pēderet

ꝛ nimio cruciatu vexatus lamentabiliter eiula-
ret. Reliquus aũt populus ab angelis q̃ erant
in nubibus cecitate ꝓcussus est. ℙrinceps ꝟo
sacerdotum clamabat dicens. Sancte ℙetre i
hac tribulatione me non despicias. Cui ℙetr⁹
Si in dominũ Jesum ꝛ in hanc que ip̃m porta
uit credideris sanitatis beneficio potieris. Cui
respondit. Credo dominũ Jesum verum esse fi
lium dei: ꝛ hanc sacratissimam matrem ei⁹. sta-
timq; a pheretro fuerũt manus eius solute: sic
q; ꝛ ceteri qui furant cecitate ꝓcussi in christũ
ꝛ matrem credentes lumen recuperarũt ¶ Se
xtum quod occurrit in ꝟginis transitu fuit cor
poris sepelitio. Sepelierunt quidem apostoli
corpus illud sanctissimum iuxta mandatuz do-
mini. Sup hoc ita scribit ℍieronymus ad pau
lam ꝛ eustochiũ. Monstratur sepulchrum ei⁹
cernentibus vobis vsq; ad p̃sens in vallis iosa
phat medio: que vallis est intra montem syon
ꝛ montem olineti posita: quã ꝛ tu o paula ocul'
conspexisti: vbi in eius honore fabricata est ec-
clesia miro lapideo tabulatu in qua sepulta fu-
isse: vt scire potestis ab omnibus ibidem habi
tantibus predicatur. Sed nũc vacuum cẽ mau
soleum cernentibus ostenditur. Hec ℍiero.

¶ ꝙ gloria virginis excedit gloriam
quorũcũq; beatorum angelorũ et ho
minum christo dumtaxat excepto.
Caplm. ii.

Secunduz quod fecit deus magnum in virgie benedi
cta dicitur glorificationis. Virum
certe q; gloria vnius puelle supet omnium bea-
torum ꝛ angelorũ ꝛ hominũ ꝑeminentiã. Ideo
ℍieronymus vbi supra ait. Hec est dies i qua
vsq; ad throni celsitudinem intemerata mater ꝛ
virgo ꝓcessit: atq; in regni solio sublimata post
christum gloriosa resedit. Sic ita q; vbiq; confi
denter sancta dei canit ecclesia: quod de nullo
alio sanctorum phas est credere vt vltra ange-
lorum vel archangelorũ merita trãscenderit. ℍ
ℍiero. Quanta ꝟo sit gloria ꝟginis in celo ex
q; illius dignitates declarant.
¶ ℙrima dicit maternitatis.
¶ Secũda charitatis.
¶ Tertia tranquillitatis.
¶ Quarta capacitatis.
¶ Quinta vnitatis.
¶ ℙrima dignitas virginis dicitur maternita
tis. Maior nanq; est excellentia ꝟgis q; sit ma
ter dei q̃ q; sit domina creaturarũ dei. hoc enim
dependet ab illo sicut ramus a sua radice. Er
go certitudinaliter tenendum est: q; ipa est sup
omnes ordines angelorũ: tam q̃ p se implens ꝛ
continens vnum integrum actotalem statum:
cui ꝑm rectam rationem altera ꝑsona cõgruere
non potest: quia ipe status ex sui ratiõe ꝓpter
incõmunicabilem dignitatem exigit vnitatem.
Sicut enim nullatenus decet plures esse xp̃os:
nec deum plures homies. sic nullo modo decet
dei filiũ nisi vnam solã matrem naturalez habe-
re. Item ratio naturalis apte ac directe dictat:
q; mater regis omniũ est in sede regia sup omẽs
ordines ministrorũ ꝛ militum collocanda. vn-
de quia est electa in matrem: est electa ad digni
tatem excedentẽ dignitatez ministrorꝫ ac famu
lorum. Quia ꝟo ratio materni amoris est que
fertur in deum vt in suum filium realez. a nullo
alio affectu cuiuscunq; qui non est realiter mat
dei: ꝓterq; ab ipa nunq; participari põt. Nam
vt dicit ad Hebreos. j. ca. Sicut filius dei chri
stus sedet ad dexterã maiestatis in excelsis: tan
to melioꝛ angelis effectus quanto differentius
p̃ illis nomen hereditauit: quod nomen est: vt
sit vere deus p gratiam vnionis. Sic ꝛ mr̃ do-
mini Jesu glorioſa tanto melioꝛ angelis effecta
q̃to p̃ omnibus creaturis hereditauit vt obti-
neret dignissime matris nomen. Unde prophe
ta ait. Eleuata est magnificentia tua sup celos
deus. magnificentia enim dei facta est ꝟgo ma
ria. Nam sicut in p̃ma conditiõe magnificatus
est deus. quia de nihilo tam sblime vniuersum:
ꝛ tam sblimes angelos condidit. Sic quoq; in re
paratiõe non minus magnificatus est. q: de hu
mana natura infecta ꝑdita ꝛ damnata christuz
hominem ꝓpagauit: ꝛ de muliebri sexu in ordi
ne rationabiliũ ꝑm cõmunem cursum in filio et
matrem sibi dedit ꝛ toti celesti curie. ¶ Secun
da excellentia ꝟginis que magnam ei⁹ gloriam
monstrat charitas nuncupat. Oẽs nempe or-
dines ꝛ status glorie p̃ncipaliter distinguuntur
ꝑm superiores ꝛ inferiores ratiões diuini amo-
ris. Non enim in omni ratione charitat' distin-
gui possunt cum omnes ꝓticipent illam. nec q
aliquam ratiõz que non sit ratio diuini amoris
potest vnus sup alterum in maiori propinqui-
tate seu vicinitate ad deum supcollocari. Ma-
ternus q̃ amoꝛ incompabiliter transcendere de
bet omnes alias ratiões amoris in deum: ꝓter
illam q̃ est in anima xp̃i: que. j. ferẽ realit i deũ
tanq; in ꝑsonam ꝓpriam. ¶ Tertia ꝟginis ex-
cellentia magnitudinem glorie eius ostendens:
tranquillitas nominat. Xp̃i enim aspectus fi-
lialis ad matrem singularissimus ac amoꝛissi-

mus ⁊ transcendentissm⁹ esse debet. ita q⁹ totaz celestem curiam simul sumptam ꝓter matrē nō debet aspicere sub tali reuerentia: nec sb ordine talis aspectus seu amoris. ¶Quanto autem dei aspectus altius fertur in aliquem beatoꝝ: tanto fortius ⁊ altius se ꝓ beatitudinem imprimit illi: ⁊ tanto altius conspicit ⁊ suscipitur ac acceptatur ab eo. Igit inexplicabile est sub ꝯta altitudine, latitudine ⁊ intimitate a deo ꝙgo aspiciatur. Ideo ex consequenti sup omnes alios i gloria coronat. Unde Hieronymus in ꝑmone de assumptione ait. Nec in mundo dignior locus fuit virginalis vteri templo in quo dei filiū suscepit: nec in celis sblimior regali solio q̄ mariam marie filius sblimauit. ¶Quarta ꝙginis dignitas capacitas dicta est. ꝑm enim Diony. Omnia inferiorum dona in superioribus in tāta excellentia sunt q⁹ quasi nulla compatio est nisi sicut est in circūferentia ad suum centrum. Cuz ergo beata virgo supza omnem ordinem sit intātum q⁹ ꝓ se faciat ordinem incōmunicabilem sicut predictum est: sequitur q⁹ sup omnes inferiores ordines tam angelorum q̄ hominū simul sumptoꝝ ipa improportionabiliter est plata. Et quicqd est glorie in omni inferiori glorificata natura tam angelica q̄ humana: multo ꝑexcellentius est in virgine matre dei. nec dubium hoc reddat aliorum beatitudo numerosa: multa ac magna. quia hoc nihil facit ad rem maioritatis glorie essentialis seu substantialis. Naz in spūalibus idem maius quod melius reputatur. Nam plus de substantiali gloria est in vno seraphin q̄ sit in omnibus inferioribus angelis etiam si ꝓ impossibile ꝑm naturam multiplicarentur in infinitum. Supaddendum ergo est q⁹ nullus inter puras creaturas ordo in celis tātū superat ordinem immediate sibi coniunctuz q̄tum gloria matris dei supat omne quod ei inferius est. Ad quod intelligendum considerem⁹: q⁹ in corporibus vniuersi superiora continent inferiora ⁊ inextimabiliter plus. ¶Quinta virginis dignitas que illius gloriam declarat dicitur vnitas. Quanto enim beati magis vniunt cum deo: tanto gloriosiores sunt in eo. Omnes autez creature simul iuncte non tñ vniunt deo q̄tum sola beata virgo. Ad cuius intelligētiaz notandum est q⁹ sex sunt gradus vnionis i deū ꝗbus creature in illum ꝑfectim ascendūt.

¶Primus est vnio creatiōis.
¶Secūdus cognitionis.
¶Tertius dilectionis.
¶Quartus glorificationis.
¶Quintus maternal conceptiōis.
¶Sextus ꝑsonalis vnionis.

¶Primus gradus est creationis .i. per participationem essendi ꝓ quam entia coniungūtur deo: vt cause efficienti ⁊ exemplari atq̄ finali. Secundus gradus est vnio cognitionis .s. per vim intelligendi per quam intellectualia vniūtur deo vt supernaturali credibili: ⁊ vt credito ⁊ credendo. ¶Tertius gradus est vnio dilectionis quo amici dei in presenti vita vniuntur illi ꝓ amorem. ¶Quartus gradus dicitur glorificationis .s. per donum glorificationis ꝓ visionem ⁊ fruitionez glorie sempiterne ꝓ quam anima vnitur deo vt obiecto beatifico faciliter viso. ¶Quintus est vnio maternalis conceptionis ꝓ quam beata virgo est facta mater dei: ita vt vna atq̄ eadez esset caro virginis ⁊ caro christi non considerata in christo diuinitate eius.

¶Sextus autem est gradus ꝑsonalis vniōis qui competit christo qui fuit deus ⁊ homo ꝓpter vnionem naturarū in ꝑsona verbi. In qlibet autem istoꝝ graduū quilibet excedit alterum in infinitum. quia inferior in sua specie multiplicatus in infinitum: superiori equiparari non valet. Quod sic patere potest. Primum enim patet: quia esse in infinitum excedit non esse: ꝯtalia infinita non entia non equiualent minimo puncto essendi. Secundū etiam patet: quia infinita non intellectualia vni intellectui equiualere non possunt. Tertium similiter patet: q⁹ omnes intellectus infideles ⁊ inimici dei non equiualent vni fideli ⁊ amico dei. Unde Prouerb. xvj. cap̄. scriptum est. Melior est vnus timens deum q̄ mille filij impij. Quod quidem verum est nisi ꝓ quanto quidam ex eis in dei predestinatione pro tempore futuro habentur vt dei fideles atq̄ amici. Quartum etiam patet. Nam quicquid dari potest citra visionem dei nō eq̄ualet vni beato: quia omnia simul sumpta non facerent vnum beatum. Quintuz etiam patet. Nam illa vnio siue accessus qui est ꝓ maternalem conceptionem transcēdit omnes inferiores ⁊ in infinituz ꝑ ut in hoc accessu includitur maximus amor sibi correspondens ac plenarie consummans: quia sicut cōmunis amoris gradus consummat in gloria: sic maternus dei amor cō summatur in Maria. Sextum ⁊ vltimū insup patet. Nam gradus vnionis personalis tante est transcendentie q⁹ reliqui citra ipm infinities multiplicati ei equiualere non possunt. Ecce q⁹ quintus ascensus vnionis in deum scilicet per maternalem conceptionem in infinituz excedit omnes alios precedētes. Ex quo manifeste apparet q⁹ q̄tum in p̄senti seculo talis vnio excellit alias vniones in gratia tantū nūc in paradiso excedit in gloria.

Ex pie credere possumus et verisimiliter debemus tenere virginem a mortuis resuscitatam assumptam cuz corpore et anima in celum. Ca. III.

Certiuz quod fecit deus magnum in virgine gloriosa dicitur assumptio. Ut eniz pie creditur tertia die postq̃ corpus virginis fuit sepultum: dum ibidem commorarent apostoli aduenit Jesus cum multitudine angelorum ipsosq̃ salutauit dicens. Pax vobis. Qui respõderunt. Gloria tibi deus q̃ facis mirabilia magna solus. Tunc saluator locutus est: dicens. Surge columba mea tabernaculum glorie: templum celeste: statimq̃ surrexit z de tumulo ab apostolis patefacto prodijt. Sicq̃ gloriose cũ corpore ad celestia regna perrexit. Et licz hoc non sit nobis certitudinaliter reuelatum. tamẽ sic habet cõmunis omniũ sanctorũ opinio. Jpi nanq̃ ad hoc tenendum cõgruentissimis rationibus inducunt. Ex quibus nos quinq̃ annotabimus.

¶ Prima dicit completionis.
¶ Secũda honorationis.
¶ Terta sanctificatiõis.
¶ Quarta pfectionis.
¶ Quinta gratificationis.

¶ Prima ratio probans virginem assumptam cum corpore z anima dicit completionis. Creditur nanq̃ q̃ multorũ sanctoruz sit resurrectio completa: qui cum anima simul z corpore possident regnum celeste cum christo. Multo magis hoc conuenire debet virgini gloriose. Unde z de hoc Hieronymus in ꝓmone ad Paulam z Eustochium inquit. Quomõ autem vel quo tempore aut a quibus psonis sanctissimum corpus virginis a sepulchro ablatuz fuerit: vel vbi transpositum: vtrumue resurrexerit nescit: quãuis nonnulli astruere velint eam iam resuscitatam z beata cum christo immortalitate in celestibus vestiri. Quod z de beato Johanne euãgelista eius ministro: cui ꝟ virgini a christo virgo commissa est plurimi asseruerãt. quia in sepulchro eius (vt ferũ) non nisi manna inuenitur. quod escaturire cernit. Uerũtamen quid horum verius censeatur ambigimus. Melius tamen deo totum cui nihil impossibile est: cõmittim⁹: q̃ aliquid temere diffinire velimus auctoritate nostra. Sicuti z de his qui cum domino (teste euangelio) resurrexisse crediũt. Sed vtrum redierint in terre puluerem an non: certuz nõ habemus nisi quod legimus: quia multa corpora sanctoruz qui dormierãt surrexerũt ac venerũt in sanctam ciuitatem. s. hierusalez z apparuerũt multis. De quibus pfecto nonnulli doctoruz senserũt z in suis reliquerunt scriptis q̃ iam in illis perpetua sit completa resurrectio. Unde et beatus Petrus dixisse legitur: cum de Dauid loqueret in testimoniũ. Et sepulchrũ inq̃t eius apud vos est: quasi non sit ausus dicere q̃ ipse aut corpus eius apud vos est: sed tantũ sepulchrum quo conditus fuerat. Hinc enim aiunt resurrexisse z ipsum cum ceteris sanctis. Et ideo vacuum remansisse monumentum: vt nũc beate Marie cernitur. Quod sane factũ z de aliis quibuslibet locis scripturarũ firmare conãtur q̃ hi iam cum christo regnent resuscitati in eternam societatem: quod q̃ deo non est impossibile nec nos de beata Maria factum abnuimus.

¶ Secunda ratio probans virginem cum corpore z anima assumptam dicit honorationis. Dicit enim Bernardus. Sanctorum corpora deus pciosa sblimium tam gloriose venerabilia reddidit z honore tam mirifico sublimauit: vt z ipis deputetur locus eorũ veneratiõi ? gru⁹ z ad ipa mundus pperet vniuersus. Si g̃ marie corpus sup terram esse dicatur cum nec deuota frequentetur visitatione fideliũ nec eidem locus deputetur honoris. nimirum videbitur christum honorem materni corporis contemsisse: cum tamen sup terram aliorum sanctorum corpora sic honoret. Tertia ratio dicit sanctificationis. vt enim dictum est in p̃cedentibus. q̃ beata virgo sanctificata fuit anteq̃ nasceretur: fomes in ea nunq̃ aliquem actum habuit: et p̃ secũdam sanctificationem totaliter ab ea fuit ablatus. Cum ergo vitium fomitis inducat debitum incinerationis in carne: videtur q̃ corpus virginis a tali debito omnino fuerit absoluta: z p̃ consequens nec eius corpus debuit incinerari. Ista est ratio Riccardi in. iiij. di. xliij. vt plene diximus in sermone de resurrectione christi.

¶ Quarta ratio dicitur perfectionis. Sicut enim Maria fuit plena gratia pre ceteris puris creaturis. ita debuit esse plena gloria: et ita cum corpore glorificanda ante resurrectionem aliorum. De hoc sic dicit beatus Augustinus Si merito pre oibus viuẽtibus Marie donata est gratia: morte erit minuenda? Absit cum mors aliorum sanctorum pretiosa sit z gloriosa. Quinta ratio dicitur gratificationis. Decuit quippe virginem cum corpore ad gloriam deduci: vt filius eius benedictus in omnibus gratis maternis beneficijs inueniretur. Jpa nanq̃ fuit que filio ex purissimis sanguinibus eius corpulentam sbstantiam dedit. Jpa que nouẽ mẽ

sibus vtero suo portauit. Ipa que illum letan-
ter peperit ꝛ pannis inuoluit ac lacte pauit. Ip
sa que in suis necessitatibus eum iuuit illicꝫ ꝙ-
tum potuit studiosissime semper occurrit. Ipa
que eum dulciter suum Jesum dilexit. Ipsa er-
go digna regnare cum filio assumi debuit etiaꝫ
cum corpore ad regnum celorum. Quia vt Au
gustinus ait. Putredo ꝛ vermis humane est
opprobrium conditionis a quo opprobrio cum
Jesus alienus sit Marie natura excipit quaꝫ
Jesus de ea assumpsisse probatur. Firmiter er-
go credimus ꝙ saluator omnium Jesus colen-
dissimam suam matrem voluit in corpore ꝛ ani
ma facere gloriosam: quam nos laudare cone-
mur. Hec siquidem est per quam omnis male-
dictio soluta est: ꝛ celestis bñdictio venit in mũ
dum. Hec est que pro nobis peccatoribus insa
tigabiliter intercedit. Hec regina misericordie:
ad quam confugientes tuti esse valemus. Hãc
omnes inuocemus vt per illius merita in hoc se
culo impetremus gratiam sui filij: ꝛ in futuro p
ueniamus ad eternam requiem Amen.

¶ Sermo trigesimus de angelis quo
rum solennitas in ecclesia celebratur
propter miraculum quod apparuit ī
monte Gargano.

Angelis suis de⁹
mandauit de te: vt custodiant te in
omnibus vijs tuis. Illuminati pro-
phete verba sunt ista originaliter ꝓsalmo. xc.
Debitores sumus fratres charissimi angel' bea
quor bñficia nobis prestare non cessant. Quia
tamen ipi inuisibiles sunt ꝛ immateriales sub-
stantie: plericꝫ illos negligũt venerari. Ab qđ
vt humane imbecillitati ꝓsuleret singulari mo-
do in monte Gargano. Anno domini. ccc. xc.
locus inuentus est in quo archangeli Michae
lis aliorumcꝫ angelorum iugis memoria vsqꝫ
ad consummationem seculi permaneret. Nam
dum quidam prediues nomine Garganus: q̃
exeuentu suo monti vocabulum dedit infinita
pecorum multitudine abundaret contigit vt se-
mel thaurum perderet. Quem solicite querẽs
inuenit eundem in vertice mõtis foribus cuius-
dam assistere spelunce: quem cum sagitta ape-
tisset illa velut flamine venti retorta eum a quo
iactata est mor reuersa percussit. Turbati ciues
ꝛ stupefacti Episcopum Sipontinum quid fa
cto opus esset consulerũt. Qui triduanui indi-
xit ieiunium: orandumcꝫ deum precepit. Quo
facto sanctus archangelus Michael apparuit
per visionem episcopo dicens. Ego sum Mi-
chael archangelus: qui in cõspectu dei semper
assisto. Volui autem locum illius spelunce mi-
hi dedicandum illo iudicio sagitte cunctis mor
talibus declarare. Qua visione lectio⁹ fact⁹ epi-
scopus alijs quod viderat enarrauit. Et sic ab
eo tempore ecclesia ibi consecrata fuit ob reue-
rentiam beati archangeli: que vsqꝫ in presentez
diem a cunctis fidelibus deuotiõe precipua fre
quentatur. Quapropter ꝛ solennitas angelorũ
a patribus fuit instituta: quam ex debito ꝛ ob
ligatione p̃cepti mense septembris omnes cele-
brare tenẽtur. Quia vo in tãta festiuitate mẽs
nostra ad ipos angelos colendos precãdosqꝫ ẽ
¶ Primo apparet sanctitas Johīs ex mūdi derelictione. Nā spūsācto affiat⁹ nō puerili leuitate mor⁹ i etate tenera: paterna domo relicta: ad solitudines deserti se ꝓtulit. Quap: opter ecclesiā ipm alloquēs ait. Intra deserti teneris sub annis ciuiū turmas fugiēs petisti: ne leui saltē maculare vitam famine posses. Quāsit aūt ibi absq̄ hoim quoꝝcūq̄ ꝓuersatiōe vsq̄ ad tpa sui baptismi siue p̄dicatiōis. Nec ē hesitādū q̄ parētes sui passi sint ꝑuari p̄sentia vnici filij: cū scirēt ex his q̄ in ei⁹ ꝓceptiōe ⁊ natiuitate p̄cesserant: puerū illū ad oīa ei⁹ gesta ꝑ spiritū sanctū dirigi ⁊ regulari. Sz circa h̄ posset aliq̄s q̄rere vtr̄ sit pfectior vita solitaria q̄ socialis. Et q̄dam fortasse dicerēt q̄ socialis: tū qz vt ait sapiēs Eccl̄i. iiij. ca. Melior ē duos eē q̄ vnum: qz vn⁹ iuuat̄ ab alio. Tū qz Matt. xviij. xp̄s dixit. Ubi fuerint duo vl̄ tres i noīe meo ꝓgregati in medio eoꝝ sū. Tū etiā qz solitaria vita videt̄ esse ꝫ naturā hois. Nā vt p̄hus dicit̄ primo politice. Homo ē aial sociale. Sz Aug⁹ i li bro de opib⁹ monachoꝝ: illos sanctiores eē dicit q̄ a ꝓspectu hoim sepati nulli⁹ ad se p̄bēt accessū. Ad pleniorez tamē intelligētiā ⁊ obiectorum declarationem notāda sūt ꝟba sācti Tho. q̄ scda scde. q. clxxx viij. ar. viij. ait. q̄ solitudo nō ē eēntia pfectiōis: ꝫ pfectiōis instrumētuz: nō tñ ē instrumētū ꝓgruū actiōi ꝫ ꝓtēplationi Ideo nō ꝓgruit religionib⁹ q̄ sunt ordinate ad opa vite actiue sine corporalia seu spūalia nisi forte ad tempus exemplo xp̄i: q̄ vt dr̄: Luc. vj. Erat pnoctans in oratióe dei. Cōpetit itaq̄ solitudo religionib⁹ q̄ sūt ad ꝓtēplationē ordinate. Notandū tñ est q̄ illud qō ē solitariū debet esse sibi ꝑ se sufficiēs. Hoc autē ē cui nihil deest qō ptinet ad rōnem pfecti. Et ideo solitudo cōpetit cōtemplāti q̄ iam ad pfectū puenit. Qō q̄dez ꝓtingit dupliciter. Uno modo ex solo diuino munere: sicut fuit de Johe baptista: q̄ vt dictū ē: repletus fuit spūs sācto adhuc ex vtero mr̄is sue. Alio mō ꝑ exercitiū virtuosi act⁹: ad qō exercitiū iuuat̄ homo ex alioꝝ societate dupliciter. Uno mō q̄tum ad intellectū vt instruatur in his q̄ sūt ꝓtēplanda. Unde Hiero⁹ dic̄ ad rusticū monachū. Si tibi placet vt habeas sacrū ꝓtuberniū: nec ipe te doceas. Scdo q̄tū ad effectū vt sz noxie affectiōes hois reprimātur exemplo ⁊ correptione aliorum: quare vita solitaria si debite assumatur p̄eminet vite sociali. Si autem absq̄ p̄cedenti exercitio talis vita assumatur est periculosissima nisi per diuinam gratiam suppleatur quod in alijs per exercitium acquirit̄: sicut patet de beatis Antonio ⁊ Bñdicto. Et sic q̄uis melius sit esse duos q̄ vnum: dum vnus indiget auxilio alterius: tamen hoc auxilio non indigent qui sunt perfectionem assecuti Sicut etiam xp̄s est in medio eorum qui sunt in suo noie cōgregati: ita vt dicit̄ p̄me Johīs. iiij. ca. Deus charitas est ⁊ q̄ manet in charitate in deo manet ⁊ deus in eo. Solitarie vero viuere p̄t dupliciter ē: aut ꝓpter

animi seuiciã ꝛ hoc ẽ bestiale. Aut ꝓpter ꝓtem plationẽ: dũ aliꝗs a ꝙuersatione alioꝝ se sepat vt liberius vacet rebus diuinis ꝛ studio sapiẽ tie. ꝓpterea Aristo. ꝑmo politice dixit. ꝙ ille q̃ alĩs nõ cõmunicat ẽ bestia aut deꝰ. i. diuinus vir. ¶ Scõo apparet sanctitas Johis ex coꝛpo ris mortificatione. Nam vt scribit Marcus. j ca. Erat Johes vestitus pilis Cameli et zona pellicea circa lũbos eiꝰ: ꝛ locustas ꝛ mel silue stre edebat. Idẽ habeꝯ Matth. iij. ca. vbi Ni colaꝰ de lyra inq̃t. Locuste sũt parua animalia volitantia ꝑ modũ saltꝰ ꝛ reperiunt in deserto iudee ꝛ frixa cũ oleo sunt cibus paupeꝝ. Quidam ꝙo putant locustas ꝟ apellari nõ aĩalia illa: ꝟ genus herbaꝝ qõ vsui humano conuenire põt. Uescebaꝯ itaq̃ Johes quocũq̃ mõ locuste accipiaꝯ cibo non lauto imo tenui ꝛ insipi do atq̃ austero. Sumebat etiã mel siluestre qõ ꝺm Nicolaũ de lyra reperiꝯ in truncis arboꝝ ¶ Tertio apparet sãctitas Johis ex humili cõ fessione. Nam quãdo iudei miserũt ad eũ sacer dotes ꝛ leuitas vt scribitur Johãnis. j. ca. vt i terrogarent eum. Tu q̃s es? non supbe locutꝰ est quasi ꝺ seipo ꝑsumens: quinimo humiliter respondit: ꝛ cõfessus est veritatez dicens: quia nõ erat xp̃s: neq̃ Helias in ꝑsona: neq̃ ꝓpheta ille videlicet quẽ ipi querebãt: ꝟ dixit. Ego vox clamãtis in deserto: dirigite viã dñi. Congrue autẽ se vocẽ apellauit. Primo qz vox oꝛdinaꝯ ad ꝟbi exp̃ssionẽ. Uoces em̃ sunt eaꝝ q̃ sũt in aĩa passionũ note: vt dicit Aristo. i ꝑmo ꝓperiarmeniaꝝ. Sic Johes expꝛessit verbum incarnatũ. Scõo de rõne vocis est ꝙ respectu ꝟbi sit noticia ꝓioꝛ: oꝛigine tñ posteriꝛ. Naz ꝺm rõnez oꝛiginis ꝓius verbũ cõcipiꝯ q̃ vox formetur. Johes ergo fuit vox qz respectu xp̃i fuit noticia ꝓioꝛ lz eẽt ꝛ oꝛigine posteriꝛ. Tertio vox transit: verbũ aũt manet. Johes ĝ cuz dicit se vocẽ insinuat se transituꝝ: xp̃m ꝟo permansuꝝ. Tandẽ de xp̃o alta ꝓtulit: de se humi lima cuz subdit. Ego baptizo in aqua. Mediꝰ autẽ vestrũ stetit quẽ vos nescitis. Et dicit medius ꝺm Nico. de lyra. id est. cõmuniter viuens inter hoies: quẽ iudei quantũ ad diuinitatem nesciebãt. Subdidit Johãnes. Ipe ẽ q̃ post me venturus est. scz ad p̃dicandũ ꝛ mysterium redẽptionis cõplenduz. Qui añ me factꝰ est. i. mihi ꝓlatus in dignitate cuiꝰ nõ sum dignus vt soluã eiꝰ coꝛrigiã calciamẽti. ¶ Quarto ostendit sanctitas Johãnis ex feruenti p̃dicatione. Nam vt ꝺꝛ Luce. iij. ca. Factũ ẽ ꝟbũ dñi. i. diuina inspiratio sup Johem Zacharie filiuz in deserto ꝛ venit in oẽm regionem iordanis ꝓdicans baptisimum penitentie. Et vt ait Mat. iij. ca. Exibat ad eũ hierosolyma. i. popolus de hierlm. ꝛ accipiꝯ hic ꝙtinẽs ꝙ ꝙtẽto. Et ois iudea. i. mlti. Et ẽ hic quedã figura ꝺm Nico. ꝺ lyra q̃ vocaꝯ hyperbole. i. locutio multum exp̃ssiua. Inchoauit aũt p̃dicationẽ suam sic ꝛ xp̃s dicens. Penitentiã agite: deinde q̃tuoꝝ p̃cepta docuit. Primũ docuit phariseos nã vt scribiꝯ Matth. iij. ca. Uidẽs Johãnes multos phariseoꝝ ꝛ saduceoꝝ veniẽtes ad baptisimũ suũ: nõ tñ credentes ꝺm veritatẽ vt dicit Nico. ꝺ lyra. ꝟ magis ad simulatiõez ꝛ insidiationẽ. Exq̃ xp̃s vt ꝙtꝰ Mat. xxi. ca. q̃rés ꝺ baptisimo Johis an eẽt e celo vel ab hoibꝰ cũ nõ fuissent pharisei ausi respõdere dixit. Quare nõ credidistis ei. Idẽ dicit Josephꝰ in. xix. antiquitatũ li. Ipe Johãnes dixit illis: pgenies viperaꝝ: qz venenũ erroꝛis ꝛ hypocrisis a suis pgenitoꝛibꝰ traxerãt. Quis demõstrabit vobis fugere a ventura ira: quasi dicat: lz falsitas vestra lateat in cõspectu populi: tñ non poterit latere in ꝙspectu dei: facite ergo fructꝰ dignos penitentie: et ne velitis dicere intra vos patrem habemus Abraã Ut enim ait Nico. ꝺ lyra. pharisei de hoc gloriabaꝯ: qz de Abraã descenderãt Et ideo ex pmissione facta Abrae sine operibus salutem cõsequi ꝓsumebãt. Et hoc ẽ manifeste falsuz: qz non dicũt filij Abrae ex carnali ꝓpagatione sed magis ex fidei imitatione vt dicit ad romanos. iiij. ca. Et ido quia pharisei ꝛ legisperiti fidẽ Abrae de xp̃o respuerunt: ideo nomẽ filiationis Abrae ꝑdiderunt. Et hoc est qõ dicit Johãnes. Et ne velitis dicere intra vos ꝑ falsam scz extimationẽ patrem habemꝰ Abraã: qz non ẽ sic ꝺm veritatẽ. Ecõuerso gentiles fidẽ xp̃i deuote ad p̃dicationez aploꝝ receperũt. ido filij Abrae facti sũt. Et ẽ qõ subdidit Johes. Dico em̃ vob qm̃ potẽs est deus de lapidibꝰ istis suscitare filios Abrae Scõz Nico. de lyra tenent aliqui ꝙ Johãnes demonstrauit illos lapides quos filij israel de ꝓfundo iordanis attulerunt: vt habeꝯ Josue iiij. ca. in memoriã miraculi ꝙ domin⁹ i trãsitu eoꝝ aquas iordanis siccauit. Sed ꝙ illos lapides Johannes gentiles significauit: qz colebant idola ꝺ lapidibus facta. Filij ergo Abrae de lapidibus suscitati sunt quãdo iudeis ꝙ infidelitatẽ a filiatiõe Abrae recedentibꝰ: gentiles fidẽ xp̃i recipientes in locũ eoꝝ substituti sunt Et qz doctoꝝ veritatis nõ solũ debet vitia cõsidenter arguere: ꝟ etiã penã p̃dicere Jõo subdidit Johes. Jam em̃ securis. i. securitas diuini iudicij posita ẽ ad radicẽ. Omis arboꝛ q̃ nõ facit fructũ bonũ: excidetur ꝛ i ignem mittet. Scõz p̃ceptum docuit turbas: naz vt scribitur Luce iij. ca. Interrogabãt Jobem turbe quid essent facture. At ille respondẽs dicebat. Qui habeꝯ

duas tunicas det vnū nō habēti. qđ intelligit ſm Nico. đ lyra qñ tunica eēt ſuperflua. Tertiū ꝓceptuz docuit publicanos officiales impatoris: nihil inđt plusq̄ vobis ꝓstitutū ē faciatis. Hoc aūt dixit qz collectores taliū ſolēt esse ꝓni ad plus colligendū q̄ sit eis mādatū: vt qđ est ampliꝰ remaneat. Quartū ꝓceptū docuit milites cū dixit eis vt scribit Luce. iij. ca. Neminē ꝓcutiatis scz opꝛimēdo paupes ⁊ eos despiciendo: neq̄ calūniā faciatis. i. non imponat falsum crimē diuitib⁹ ⁊ potentib⁹ vt occasionē ex toꝛ quēdi bona eoꝝ habeatis: qz p alia via a talib⁹ bona recipe nō possunt. Contenti estote stipēdijs vr̄is. ¶ Quinto ostēdit sanctitas Johānis ex martirij tolleratione. Vt eñ scribitur Mat. xiiij. ca. ⁊ Marci. vj. ca. Decollat⁹ fuit Johes iubētes Herode. Hic vt habet i hiſtoria scholastica vxoꝛē fratꝛis sui Philippi abstulit ⁊ Arethā regē: ⁊ Herodē agrippam. ⁊ Philippū in sui inimicitia ꝓcitauit. Johes ḡ eum ō b arguebat: qđ sibi ⁊ herodi molestissimū erat et odiosū. Nā vt ait Terēti⁹. Obsequiū amicos veritas odiuz parit. Et Hieronym⁹ in epla ad occeanū inđt. Ita se habet natura vt amara sit veritas. Videſ itaq̄ Herodes: qz Johes euz tā dure redargueret. Et qz ob p̄dicationē ⁊ baptiſmū ſm Josephū magnū populum ꝓgregaret: ipm in carcere vinculauit in Machorōta castello arabie: in q̄ vxoꝛi placere cupiēs ⁊ populi sequētis Johem dispēdiū ꝓtimescēs. Desiderabat aūt ipm occidere ꝙ populū formidabat. Tandē excogitauit dolose ⁊ nō sine ꝓsabulatione atq̄ cōsilio herodiadis maligne: vt natalis sui diē coꝛaz ꝓmis galilee suisq̄ p̄ncipib⁹ celebraret. Ista eñ erat ꝓsuetudo apud antiq̄s q̄ p̄ncipes solēnizabāt die sue natiuitat⁹: et diē etiaz natalis imperij sui in q̄ coꝛonabāt: quare Herodes ꝓuocatis magnatib⁹ ⁊ nobilib⁹ multis: ꝓuiuiū illis letissimū atq̄ lautissimū ꝓparauit atq̄ saltauit filia herodiadis. i. tripudiauit Et hoc fuit ex dispositiōe matris ⁊ ipi⁹ Herodis: q̄ cū iuramēto ꝓmisit ei dare qđ peteret: q̄ ꝓmonita a matre petiuit caput Johis baptiſte Et ꝓtristat⁹ ē rex: ficte tñ ⁊ ſm apparētiā. Naz vt inđt Beda. lz ꝓtristaret in facie: letabat tñ i coꝛde. Simulabat aūt ꝓtristationē ppt̄ iusiurandū qđ infringere iudicabat illicitū. Sed vt ait Ambroſi⁹ li. de officijs Herodes saltatrici ꝓmiū turpiter ꝓmisit: crudeliꝰ soluit: nā vt refert Nico. de lyra. In ꝓmissione facta i generali etiā cū iuramēto nō itelligit aliq̄d illicituz ſb obligatōe cadere: cuiusmodi erat iterfectio Johānis. Et ō b plene habet i decret. xxij. q. iij. q̄si p totum. Missō itaq̄ Herodes ſpiculatoꝛe decollauit Johānē in carcere: ⁊ allatū ē caput eius in disco: ⁊ datuz ē puelle: ⁊ illa tulit matri sue. Discipuli aūt accipientes coꝛp⁹ sepelierūt illud in sebaste. vt ponit in. xij. li. hiſtoꝛie eccleſiastice. Herodias aūt caput Johis in hierlm fecit deferri: ⁊ iuxta Herodis habitaculū caute sepeliri. Fuit ꝛo Johes decollat⁹ circa dies azimoꝝ anno p̄cedente passionē xp̄i. De q̄ sic loquit Chꝛyſ. Johānes schola ꝛtutuz: magisterium vite: sanctitatis foꝛma: noꝛma iusticie: virginitatis ſpeculū: pudicitie titulus: castitatis exemplū: penitentie via: peccatoꝝ venia: fidei disciplina: Johes maioꝛ hoie: par angelis legis summa: euāgelij sanctio: apostoloꝝ vox silentiū ꝓphetaꝝ: lucerna mundi: p̄cursoꝛ iudicis: xp̄i mediatoꝛ: dñi testis: totius medius trinitatis. Et hic tātus dat incestui: tradit adultere: adducit saltatrici.

De q̄nq̄ dignitatibus que ostendunt q̄ sublimis inter sanctos Johannes baptiſta. Caplm. iij.

Tertiū mysteriū ꝓtemplanduz de beato Johāne baptiſta dicit sublimitatis. In quo q̄ sublimis inter sanctos sit aperiemus: possum⁹ aūt id facile cōphēdere si ꝓsiderare voluerim⁹ quinq̄ illius p̄cipue dignitates.

Prima đz sanctificationis.
Scđa cōmendationis.
Tertia celebrationis.
Quarta venerationis.
Quinta glorificationis.

¶ Prima dignitas beati Johannis dicit sanctificationis. Fuit q̄dez in vtero sanctificatus Vñ eccl̄ia dicit de eo illud Hieremie. j. ca. Anteq̄ exires de ventre sanctificaui te. Ob istam sanctificationez purgatus fuit a plaga oꝛiginalis culpe: vnde si in vtero matris decessisset ad sinum abꝛae euolasset: cuz ceteri vadāt in infernum q̄ ibi moꝛiūt. Fuit insup in vtero matris letificat⁹: cū tñ ceteri ibi sint cū tristicia. Multaq̄ alia spūalia dona ē cōsecutus: quare Gabriel p̄dixit patri. Spiritu sancto replebit adhuc ex vtero mr̄is sue. Secūda dignitas beati Johānis dicit cōmēdationis. Quidnā certi⁹ ⁊ firmius ostēdere potest p̄eminentiā alicuius q̄ sententia ⁊ laus ex oꝛe diuino p̄cedēs. Turpe est laudari a malis viris: p quibus ait Seneca in puerbijs. Tā turpe est laudari a turpibus q̄ si lauderis ob turpia. Gloꝛioſū ergo est cū quis laudat a sapientibus: a viris grauib⁹ ⁊ p̄stantissimis. Sed sup oia grande est et ineffabile donū duz quis extollit laudibus ab oꝛe diuino. Vt eñ inđt Hieronymus in sermone

ad ꝓpaulã ꝛ Eustochiũ. Quicqd humanis dicí potest ꝓbis minus est a laude dei Ex his autem quos deus dignat⁹ est cõmendare null⁹ tãtis laudib⁹ fulget quãtis Johes baptista. Dixit enim deus Noe Geñ. vij. ca. Te eñ vidi iustũ coꝝã me ex omnib⁹ gentibus. Et dõ Dauid ps̃. lxxxviij. Inueni inquid Dauid seruũ meũ oleo sancto meo vnxi eũ. Et õ Job vt ptz eiusdem ꝑmo ca. Nũqd ꝓsiderasti seruũ meũ Job q̃ non sit ei sim̃is in terra. Et de ꝓpaulo Actꝝ. ix ca. Vas electionis est mihi. Et de centurione Matth̃. viij. ca. Non inueni tãtã fidem in iſrl. Et petro dixit xp̃s Matth̃. xvj. ca. Beat⁹ es Simõ bariona. Sed õ Johe multo plura multaq̃ maioꝝa locutus est. nã vt scribit Mat. xj ca. dixit ihesus turbis õ Johe. Quid existis in desertũ videre ꝛẽ. vbi cõmendauit eũ de q̃tuoꝝ. ꝑmo de soliditate fidei ꝛ cõstantia cuꝫ dixit. Quid existis in desertũ videre arundinem vento agitatã: q̃si dicat: non. q: Johes fuit ita cõpos̃it⁹ q̃ nec timoꝛe nec fauoꝛe a veritate declinabat. Scdo cõmendauit euꝫ ab austeritate penitentie: dum subdidit hominẽ mollib⁹ vesti tũ: quasi dicat non. Tertio cõmendauit eum a claritate noticie duꝫ sequit̃ ꝓphetã. Etiã dico vobis plusq̃ ꝓphetam. Et dicit̃ plusq̃ ꝓpheta: q: nõ solum xp̃m ꝑuidit venturum ꝛ ꝑdixit sicut alij ꝓphete sed etiam ip̃m digito ostendit Quarto cõmẽdauit eũ ab auctoꝛitate doctrine dicens. Hic est de quo scriptũ est ecce ego mitto angelũ meũ. id ẽ. Iohez qui vitam duxit angelicã ante faciẽ meã: q̃ ꝓparabit viã tuam ante te. Amen dico vobis inter natos mulierũ non surrexit maioꝛ Johe baptista. ¶ Tertia dignitas beati Johãnis dicitur celebꝛationis. De solo nanq̃ ihesu xp̃o ꝛ virgine matre Johãneq̃ baptista narrantur ꝑconia natiuitatis. Idcirco ecclesia solenniter celebꝛat natiuitatẽ eoꝝ. Hinc Augꝰ ĩ sermone qui legit̃ in officio ꝑsentis solẽnitatis ait ꝓpost illũ sacrosanctũ domini natalis diẽ nullius homis natiuitatẽ legim⁹ celebꝛari nisi solaꝫ Johis baptiste. In alijs eñ sanctis ꝛ electis dei nouim⁹ diẽ illũ coli quo illos post ꝯsũmationẽ laboꝝũ ꝛ deuictũ triũphatumq̃ munduꝫ in ꝓpetuas eternitates ꝓsens hec vita parturijt In alijs cõsũmata vltimi diei meriti celebꝛant̃. In hoc etiam ꝑma dies ꝛ ipa hominis initia cõsecrantur. ¶ Quarta dignitas beati Johãnis dicit̃ venerationis Voluit nãq̃ deus cõ currentib⁹ miraculis plurimis reliquias coꝝporis ei⁹ a fidelibus venerari. Legit̃ eñ in hiſtoꝛia ecclesiastica: q̃ cum ad tumulũ Johãnis multa miracula fierent iubente Juliano apostata gentiles ossa eius sparserũt. Et cũ miracula nõ cessarẽt postea collecta ꝛ in igne cõcremata in puluerẽ redegerũt ꝛ ꝑ agros ventilauerũt. Tãdẽ cineres illi collecti a q̃busdam monachis hierosolymã fuere delati: deinde post aliq̃ tpa ianuã trãslati vbi nunc deuote coluntur. Sicut Alexander tertiꝰ: ꝛ Innocẽtius quartꝰ: rei veritate cognita suis ꝓuilegijs apꝛobarũt. Caput vo eiꝰ tẽpoꝛe Marciani ꝓncipis inuentũ est Duobꝰ q̃dem monachis beatus Johãnes caput suum in visu manifestauit: qui ad locum ꝓperantes vbi sepultũ tãdiu latuerat inuenerũt: illud sacꝯis cilicinis inuolutũ: q̃ postmodũ Constãtinopolim: inde ad gallias regnante ꝓpino eꝝ translatũ. Ultimo ad vrbẽ deductuꝫ ꝛ in ecclesia sancti Siluestri honoꝛifice ꝛeseruatum. Digitus insuper ille quo dominũ ostenderat combuꝛi non potuit vt refert magister Johes Beleth. qui a fidelibus cõseruatus: postmoduꝫ a sancta Tecla de vltramarinis partib⁹ in Noꝝmandiã delatus est. ¶ Quinta dignitas beati Johis dicit̃ glorificationis. Credendũ quippe est q̃ in celo magna fit gloria eius. ꝛ q̃ positus sit in supꝛemo oꝛdine angeloꝝ atq̃ in sede luciferi collocatus. Naꝫ illa sedes nõ fuit reparata per xp̃m: quia stat ad dexterã patris: nec q̃ virginem: quia stat sup choꝝos angeloꝝ: nec q̃ alium sanctũ: q: vt predictũ est. Inter natos mulierum nõ surrexit maioꝛ Johãne baptista. Et sicut magnus fuit meritis et sanctitate: ita magnus est gloria ꝛ felicitate. Cuius patrocinijs deuote implοꝝantes sperare possunt illi⁹ intercessione cõsequi in hoc seculo dei gratiaꝫ: ꝛ in futuro gloriã sempiternã. In qua viuit et regnat deus ꝑ omnia secula seculoꝝũ. Amen.

Sermo tricesimussecũdus de sancto Paulo apl̃o doctoꝛe sũmo gentium

Vas electionis ẽ mihi. dñi nr̃i ihu xp̃i ꝓba sũt ista originaliter. Actꝝ. ix. ca. Ad laudes ingentes beati apl̃i ꝓpauli extollẽdas hodierna die merito est elaboꝛandũ. Ip̃e nãq̃ sua eruditione mirabili: xp̃i benedicti nomẽ gentib⁹ patefecit Ip̃e sue cõuersionis exemplo peccatoꝛibus ad penitentiã redire volentibus spem ꝛ veniã cõsequenda dedit. Ip̃e vtiq̃ verbis ꝛ factis adeo clare christum a moꝛtuis resuscitatum atq̃ in dexteram dei patris sedentem ostendit: vt nullus amplius nisi volẽs de fide christi dubitare queat. Ad ipsum igitur sermonem veramus qui ꝓius nominis iesu ardentissimus ꝑsecutoꝛ: expost factus est illius defensoꝛ acerrimus et ꝓdicatoꝛ eximius: in quo post emendatum delictum tanta superabundauit gratia

ꝛ etiam in hac vita mortali ad visionē diuine essentie raperetur De ipo pñssimus ihs ananie discipulo suo fidelissimo retulit ꝟba in themate posita. In q̄bus de ꝑaulo gloriosissimo tria mysteria ꝓponimus ꝓtemplanda.

Primum de ꝓsecutionis.

Scōm conuersionis.

Tertium visionis.

Qualiter ꝑaul⁹ feruebat in ꝓsecutionem discipuloꝝ. Cap̄m. i.

PRimū mysteri-
um ꝓtēplādū de ꝑaulo de ꝓsecutionis. Ipe nāq̄ validissime eccl̄az expugnare temptauit. Un Lucas Actl. ix. c. dic Saul⁹ aūt adhuc spirās. i. ex vehemēti spiritu ignē ꝓsecutiōis accendēs in se ⁊ alios: ꝛ eccleſiam minaꝝ in ꝟbis iniuriosis: ⁊ cedis. i. i verberib⁹ ⁊ flagellis i discipulos dñi accessit ad pn cipē sacerdotū ⁊ petijt ab eo epl̄as in damascū ad sinagogas vt si quos inuenisset hui⁹ vie viros ac mulieres vinctos illos ꝓduceret i hierusalē. Ꝟz ꝑ huius ptis plenioꝛe intelligētia circa septem dubitare contingit.

Primo circa nois mutationē.

Scdo circa supbie occasionē.

Tertio circa tēporis dilationem.

Quarto circa miscōe ꝓsecutionem.

Quinto circa liberi arbitrij dispositionē.

Sexto circa discipuloꝝ distinctionē.

Septimo circa ptātis acceptionem.

¶ Primo dubitaſ circa nois mutationez. q̄re scz nomē ꝑauli mutatū ē cū ꝑus Saul⁹ vocaret. Nā mutatio nois ē ꝓhibita. C. ō mutatl. no. l. i. Ꝟz ad ꝟ respōdet Jo. an. in glo. in ploo sexti libri decretaliū. q̄ lex illa loq̄ſ de mutatiōe fraudulēta. Un interdū lz mutare nomē vt ꝑ mutationē nois ostēdaſ facta mutatio hominis. Sicut Jacob vocatus fuit Jſrl ex eo q̄ vidit dñm vt ptz Gen̄. xxxij. ca. Et Simō vocat⁹ ē ꝑetrus ex ꝓfessione diuinitatl in xp̄o vt scribit Mat. xvj. ca. Et in romanis pōtifici⁹ mutari solet nomē. Nā Martin⁹ quint⁹ antea vocat⁹ est oddode colūna. Eugeni⁹ q̄rtus Gabriel. Nicolaus q̄nt⁹ Thomas. Calixt⁹ q̄rtus Alfonsus. ꝑius scds Eneas. ꝑaul⁹ secūdus ꝑetr⁹. Et Sixt⁹ q̄rt⁹ dicebaſ Frāciscus. Rō ꝟo talis mutationis est. q⁹ nomen debet cōuenire rei. sicut ptz xxj. di. ca. cleros. et de ꝓben. ⁊ digni. ca. cū scōz. Et. xvj. q. j. ca. si cupis. Et tiſtituta de dona. §. Est. Tamen ō noie ꝑauli tres opiniones inueniunt. Prima est Origenis q̄ dicit: q⁹ semper fuit binomius ⁊ vocatus sit ſp Saul⁹ ⁊ ꝑaul⁹. Scda est Rabbani q̄ ait q⁹ an ꝓuersionē dict⁹ ē Saulus a saule supbo. post ꝓuersionē ꝟo dict⁹ ē ꝑaulus q̄si puulus a virtute humilitatis. Unde nomen suum iterpretando. ꝓme ad Corinth. xv. ca. ait. Ego sū minim⁹ apostoloꝝ. Tertia est opinio ihieronymi ⁊ Bede q̄ asserunt q⁹ vocatus sit ꝑaulus a ꝓmo spolio q̄ ꝓtulit ecclesie scz sergio ꝑaulo ꝑ cōsule quē ad fidez cōuertit sicut patet Actl. xiij. ca. Secundo dubitaſ circa supbie occasionem: quare videlicet ꝑaulus erat ita supbus vt sponte ingereret se ad ꝓsequendū xp̄m: nam nō vocatus accessit ad ꝓncipē sacerdotuz. Et ad ꝟ dicere possumus q⁹ tria erant in illo q̄bus disponebaſ ad extollendum.

Primum nobilitas generis.

Scōm claritas scientie.

Tertium etas florens.

¶ Primū q̄d erat in ꝑaulo fuit nobilitas generis. Inq̄t em̄ Aug⁹ i ſmone. Erat aūt ꝑaulus ō tribu beniamin. sicut ipe testatur. Et ad Roma. xj. ca. ipe ait. Ego israelita sum ex semine abrae ō tribu beniamin. Ex q̄ dicit glo. i ca. venerabilis. de ꝓbeb. ⁊ digni. q⁹ fuit nobilis Tribus ꝟo beniamin satis in scptura magnificaſ: tum q⁹ illi in diuisione terre ꝓmissiōis hierusalē fuit distributa: sicut patet Josue. xviij. ca. tum q⁹ habuit bellatoꝛes strenuos sicut notaſ Judicū. xx. ca. tum etiā q⁹ ex illa tribu ſm hiero. fuerūt ꝑ maiori ꝑte inocētes interfecti. Uerūtm̄ plericq̄ mirari solēt ex his q̄ audiūt dū de se ꝑaulus loquiſ. Actuū nāq̄ ca. xx. dixit Ego sū vir iudeꝰ tharso cilitie nat⁹. Et scōe ad Corinth. xj. ca. hebrei sūt ⁊ ego. Et Actl. xxiij. ca. ꝑhariseus inq̄t sum ⁊ filius phariseoꝝ. Tm̄ cum centurio iussisset eū verberari dixit se ciuē romanuz: vt habeſ Actl. ca. xxij. Et idem coram tribuno ꝓfirmauit. Ad q̄ rñdet Nico. de lyra super. xxij. ca. Actl. ⁊ super. iiij. ca. scōe ad Thimo. q⁹ pr̄ ꝑauli a romanis obtinuerat romanā ciuitatē. Jō cū tribun⁹ dixisset Ego multa sūma pecunie ciuilitatē hāc adept⁹ sū. ꝑaulus rñdit. Ego aūt ⁊ nat⁹ sū. Idcirco Nico. ō lyra exponēs illa ꝟba ꝑauli ad Thimo. ꝑenulam quā reliqui troade apd carpum veniēs affer tecum ⁊ liberos ait. Dū eēt paul⁹ in carcere Neronis scribebat Thimotheo vt ferret sibi penulā. Erat aūt penula vestis cōsularis que a Romanis data fuit patri ꝑauli i signū amicitie cum ipo ⁊ q⁹ esset fact⁹ ciuis roman⁹ quaz refuauerat. ꝑaulus ob memoriā patris: et insignū q⁹ esset roman⁹ ciuis: si necessitas incūberet ꝟ ostēdendi. Erat ergo ꝑaul⁹ natiōe israelita. dignitate roman⁹ ciuis: ⁊ religione phariseus ob ista diuina magnanimus erat ⁊ audax Uerum vt inq̄t Seneca in li. de quattuoꝛ ꝟtutib⁹. Magnanimitas si se supra modū extollit

facit virū minacē: inflatū: inquietū ⁊ turbidū ⁊ in quasc̄ū q̄ excellentias dictoꝝ factoꝝ q̄ ne glecta honestate festinū. Scōm q̄ erat ī ꝑaulo fuit claritas scientie. Dicit nāq̄ de illo Hieronym⁹ Cur ꝑaul⁹ apl's vas electionis nēpe q̄ vas legis ⁊ scripturaꝝ sanctaꝝ armarium ē Et Actl. xxj. ca. dixit se eruditū ad pedes Gamalielis. Et .ij. ad Corl. xj. ca. ait. naz ⁊ si imperitus sermone: nō tñ sciētia. Ut aūt ipe inquit. Scientia inflat. Tertiū q̄ erat in ꝑaulo erat floꝛens etas. Erat q̄dem adolescēs. Ūñ Actl. vij. ca. dꝛ. Testes deposuerūt vestimēta sec⁹ pedes adolescētis q̄ vocabat Saulus. Et si quis obstaret q̄ potuerit ille fuisse alter q̄ sic noſaretur: facili cōuinci pōt qm̄ Actl. xxij. ca. ꝑaul⁹ cū humilitate ⁊ penitentia loquēs ad dñm ait. Cum funderet sanguis stephani testis tui ego astabā ⁊ ꝓsentiebā ⁊ custodiebā vestimenta interficientiū illū. Cum ergo esset in etate floꝛenti mouebatur ardēter ad p̄secutionē discipuloꝝ. Nam vt inq̄t Aristo. in .ij. rethoꝛice. Juuenes sūt ꝓcupiscitiui talia facere q̄cunq̄ cōcupiscūt Ideo valde amāt valde desiderant: et similia. Et vt vulgariter dꝛ in iuuenib⁹ est recens ⁊ buliens sanguis. Tertio dubitaſ de ꝑaulo circa tēpoꝛis dilationē: cur sc̄z tam diu distulit xp̄s vocare illū ⁊ nō cum alijs apl'is. Ad q̄ ſ respondere possum⁹ q̄ sic factū est ꝓpter tria.

ꝑmo ꝓpter xp̄i potentiaz.
Scō ꝓpter xp̄i sapientiam.
Tertio ꝓpter xp̄i clementiam.

ꝑmo ꝓpter xp̄i potentiā vt sic ostēderet q̄ post mortē xp̄s q̄ surrexit a mortuis potuit inimicos etiam benigne supare. Secundo ꝓpter sapientiā: vt sic innotesceret multiformis sapiētia dei: q̄ varios habet vocandi ⁊ saluandi modos. Tertio ꝓpter clemētiā qua voluit vt oīs fraudis suspitio tolleret ꝓuertēdis gentibus: dū talis magister ē electus q̄ nō solum non fuisset de socijs xp̄i hic viuētis: imo fuisset acerbissimus p̄secutoꝛ oīuz q̄ inuocabant nomē eius. Et nllo cōmodo vel incōmodo tpali timoꝛe vl fauoꝛe humano fuit ad fidez ꝓuersus ⁊ illi⁹ nominis q̄ ante a extinguere nitebatur defensoꝛ fuit validissim⁹. ¶ Quarto dubitaſ ō ꝑaulo circa miscōie p̄secutionē: quare p̄secutus ē miſericoꝛdiā dei adeo vt in actu furibunde p̄secutionis xp̄m viderit ⁊ audierit vocantem. Et licz Aug⁹ dicat. Si q̄ris quare hūc trahat: illū nō trahat: noli diiudicare si nō vis errare: nihilominus rectissime pietas diuina egit cū ꝑaulo dū illū ad se tā mirabiliter traxit ꝓpter tria.

ꝑmo ꝓpter celum.
Secundo ꝓpter meritum.
Tertio ꝓpter exemplum.

ꝑmo ꝓpter celum quo mouebaſ ꝑaulus ignoraās in tali p̄secutione q̄ grauiſ offendebat putabat nāq̄ sacrificiuz se offerre deo si xp̄ianoꝝ mē deleret. Hoc ipse ꝓfirmat. p̄me ad Thimo. j. ca. vbi ait. Gratias ago ei q̄ me confortauit xp̄o ihesu dño nr̄o: q̄ fidelez me existimauit: ponens in ministerio q̄ p̄rius fui blasfemus ⁊ p̄secutoꝛ. Sed misericoꝛdiā ꝓsecutus sum. q̄ ignoranſ feci i incredulitate. Et ad Galathas. j. ca. inq̄t. Audistis eñ ꝓuersationē meā i iudaismo q̄m supra modū p̄sequebar ecc̄liam dei ⁊ expugnabā illā: ⁊ p̄ficiebam in iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo. abundāt⁹ emulatoꝛ existens paternaꝝ meaꝝ traditionū vt inq̄t Nicola⁹ de lyra sup hoc passu. Apō in deos erant aliqua tradita patribus a moyse. l. que scripta sunt ī lege. Et aliqua erāt tradita a patribus alijs minoꝛib⁹ q̄ vocabāt traditiones senioꝝ. vt p̄z Matth̄. v. ca. ⁊ ambaꝝ traditionū erat apl's zelatissim⁹ ante suā ꝓuersionem. Sc̄o misericoꝛditer actū fuit cū ꝑaulo ꝓpter merituz nam ꝑm Aug⁹. in ꝑmone. dū Stephanus lapidaret non oꝛatiōe quā fecit p̄ his qui ad eius necem īnsistebāt singulariter oꝛauit p ꝑaulo quē ꝓspiciebat ꝓtra se plus ceteris coꝛde ⁊ animo deseuire: nō eñ poterat manu illuz lapidib⁹ duris ferire. q̄ non spectabat nisi testibus aliquē lapidare: tñ ꝑaul⁹ illoꝝ retinens vestimēta animabat eos vt viriliter extinguerent innocentē. Tertio remissionē ⁊ grām inuenit ꝑaulus ꝓpter exemplū: vt sic in ipō tanq̄ in speculo clare peccatoꝛes intuerenſ magnitudinem miscōie dei De hoc. j. ad Timo. j. ca. ita scripsit Fidelis ꝑmo ⁊ omni acceptiōe dignus q̄ ihs xp̄s venit in hunc mundū saluos facere peccatoꝛes quoꝝ p̄mus ego sum. Sed ideo miſericoꝛdiā ꝓsecutus sum vt i me p̄mo ostēderet xp̄s ihs oēm patientiā ad informationē eoꝝ q̄ ereditur i sunt illi i vitā eternā ¶ Quinto dubitaſ circa liberi arbitrij dispositionē: an videlicet fuit liberū arbitriū eius violētatū. Ad q̄ intelligēduz notanda ē illa ſnia dñi Bonauen. ī .ij. di. xxv. de qua plene dixi i quadragesimali de penitētia p̄mone p̄mo. q̄ aliud est voluntatem induci: aliud voluntatē mutari: aliud voluntatē cogi. Tūc eñ induci dꝛ quādo aliqua psuasio ci fit qua disponiſ vt ad aliq̄d aperibile inclineſ: q̄ si valde intēsa est nomē coactionis sortiſ: q̄uis non fit vera coactio. Tunc aūt voluntas mutaſ q̄n ipa nolente vim potēti ꝓtuit affectio ei imittiſ i cōtrariū ⁊ de nolēte fit volens: ita q̄ vna affectio expelliſ ⁊ ꝓtraria inducitur. Sicut cum de⁹ amatoꝛē tpalium facit tē poꝛaliū ꝓemptoꝛē. Tūc aūt voluntas ꝺꝛ cogi q̄n itelligiſ ipaz iuitā aliq̄d velle ⁊ repugnāte

actu voluntatis deliberatiuo: aliena ꝙ tute mouente ⁊ repugnantia manente ad aliq̃d inclinari nolẽdo. Volũtas igit̃ cogi nõ põt ab aliquo sed induci ab agente creato: ⁊ mutari valet ab agẽte increato. Quare ⁊ liberũ arbitriũ ꝑ. nõ fuit coactũ: ꝑ bene imutatum: ⁊ de nolẽte factũ est volens. ¶ Sexto dubitat̃ circa discipulos ꝓ distinctionez. Nam dr q ꝑ. bat̃ discipulos. Ex hoc querunt aliq̃: qui erãt isti discipuli. Et dicit Nico. ō lyra q erant omnes credẽtes in xp̃m. Nam discipuli aliquãdo dicunt̃ duodecim apli: sicut ibi Mat. xix. ca. Assumpsit ihs duodecim discipulos suos ⁊c. Aliqñ septuagintaduo. sicut Luce. vlt. Duo ex discipulis ibant ip̃a die ⁊c. Aliquando oẽs fideles. nã vt Eusebius tradit in hist̃oria eccle siastica. ⁊ habet̃ insuper Act. xi. ca. Antecꝫ ecclesia cõgregaret̃ Antiochie: oẽs credentes discipuli noiabant̃. At vbi credentiũ numer⁹ ibi multiplicat⁹ fuit: xp̃iani noiare ceperũt ¶ Septimo dubitat̃ circa potestatis acceptionem. Quõ cũ iudei nullã haberẽt potestatẽ ꝑ. potuit a p̃ncipe sacerdotũ illam impetrare. Ad qd̃ respondet Nico. ō lyra. q iudei habebant potestatẽ subdelegatã a romanis ꝓ crimin⁹ i legẽ eoꝝ cõmissis. Nã Stephanũ more iudicio lapidasse dicũt̃: qñ testes depositis vestibus lapidabãt eũ. Et in hoc seruabãt ordinem iudicij in lege statutũ q scz testes eẽnt p̃mi lapidatores. Dũ itaqꝫ ꝑ. videbat q̃ fiebãt per apostolos timẽs antiquã legẽ in q̃ nutrit⁹ erat euacuari: ira succensus litteras impetrauit: ad vocauitqꝫ famulos ⁊ socios negocij sui. Eam⁹ iñt̃ fratres eamus cõcito gressu in damascum inuenient⁹ ibi illos destructores nostroꝝ traditionũ: igabim⁹ eos affligemusqꝫ verberib⁹ ⁊ iunctos atqꝫ in hierl̃m pducemus. O ꝑaule q̃d cogitas? O ꝑaule q̃d loqueris? O ꝑaule cur tato indiscreto feruore moueris? Tu cape ꝓponis ⁊ eris captus. Tu cõtra discipulos paras manũ. Et de⁹ manu sua te trahet ad greniũ discipuloꝝ. Et nomẽ xp̃i ꝓfundere satagis: ⁊ nescis adhuc q i breui ꝑ noie illo paratissim⁹ eris ligari ⁊ mori: non ẽ ꝓsiliũ ꝓtra dñm.

De ꝙuersione ꝑauli ⁊ septẽ mirabilib⁹ q ꝙcurrerũt in illa. Caplm. ii.

SEcũdũ mysterium ꝓtemplandũ de ꝑaulo dr ꝙuersionis. Fuit quipe ꝙuersio eius miranda ⁊ singularis maxie ꝓpt septẽ q̃ ibi ꝙcurrũt

Primum fuit illustratio.
Secundum p̃dtratio.
Tertium allocutio.
Quartum excecatio.
Quintum visitatio.
Sextum illuminatio.
Septimum confortatio.

¶ Primũ q̃d ꝙcurrit in ꝙuersione ꝑauli dr illustratio. Dicit̃ em̃ Act. ix. ca. Cũ iter faceret contigit vt appropinquaret damasco. Remigi⁹ inquit. Damascus est ciuitas metropolis syrie quã edificauit Damasc⁹ Heliezer ser⁹ Abrae Sequitur text⁹. Et subito circũfulsit eũ lux de celo. De ista luce posset ꝯs asserere q fuerit irrũpentis aurore vel solis oriẽtis ⁊ hmõi. Sed pfecto ipe ꝑaulus: cuius fuit ꝙditiõis ⁊ quo tpe visa sit aptissime declarauit. Act. xxvi. ca. Loquẽs nanqꝫ cũ Agrippa dixit: dũ irem Damascũ cũ potestate ⁊ p̃missu p̃ncipũ ⁊ sacerdotũ die media in via vidi o rex supra splendorez solis circũfulsisse me lumẽ ⁊ eos q̃ mecum erãt. Act. vero ca. xxij. dixit q lux illa fuit copiosa.

¶ Scõm q̃d cõcurrit in ꝙuersione ꝑauli dicitur p̃stratio. Cecidit em̃ in terrã vt patz Act. ix. ca. Et ca. xxvi. ꝑaulus retulit. Oẽsqꝫ nos cuz cecidissemus in terrã quare videt q ⁊ socij eius fuerunt p̃strati versus faciem ꝟm glosam

¶ Tertiũ q̃d in tali ꝙuersione cõcurrit dr allocutio: nã audiuit vocẽ loquentẽ idioma hebreum vt scribit̃ Act. xxvi. ca. ⁊ dicentez. Saule saule cur me ꝑsequeris. Hec vox fuit p̃mo reprehensiua eo q Saul⁹ ꝑsequebat̃ xp̃m i mẽbris suis. Scdo fuit instructiua. Querẽti em̃ q̃s es dñe: rñdit xp̃s. Ego sum ihs nazarenus quem tu ꝑsequeris. Vbi nota q qz ex luce sũma ⁊ ex alto situ celi in q̃ ⁊ in q̃ sibi apparebat et exinde sauluz ⁊ eius socios terribiliter ꝑsternẽte: apte se ingerebat ei maiestatiuũ ⁊ oipotentez. Ideo suã humilẽ originẽ ꝟm quam fuit nazaren⁹. id est. in nazareth ꝙceptus ⁊ nutrit⁹ ei in sua reuelatione specialiter exp̃mit: vt ostẽdat q ille idẽ q̃ fuit inter iudeos humilis est ad celos in tãta glia tanꝫ dei filius exaltatus ꝑ. Propterea xp̃s subdidit: durũ est tibi cõtra stimulũ calcitrare id ẽ. potẽtioi te incõpabiliter resistere. Tertio vox illa ⁊ allocutio fuit p̃ceptiua. Tremẽs q̃p pe ꝑaul⁹ ac stupens de cognita xp̃i potestate ac maiestate: tor⁹ compunct⁹ dixit. Dñe q̃d me vis facere? q̃si dicat ecce nũc paratus sũ tibi in oibus obedire. Cui xp̃s. Surge ⁊ ingredere ciuitatẽ ⁊ dicet̃ tibi q̃d te oporteat facere. Socij aũt stabãt stupefacti: audiẽtes q̃dem vocẽ neminẽ aũt videntes. Hic aliꝫtisper imorandu ẽ: qm̃ Act. xxij. ca. ꝑaulus dixit. Et q̃ mecuz erant lumen q̃dẽ viderũt: vocẽ tm̃ nõ audierũt eius q̃ loquebat̃ mecũ: videt̃ q ꝟ sit aliqua cõtradictio: qz ꝑus dr q audierũt vocem: postea ꝑaulus affirmabat cõtrariũ asserẽs q vocem

non audierũt. Ad hoc ita loq̃t Beda sup̃ act⁹ ap̃lor̃: q cõfusum vocis sonũ: nõ aũt articulatam eius distinctionẽ audierũt. Et cõsimiliter viderũt lucem a xp̃o irradiantẽ: nõ aũt sui corporis formã ꝛ faciẽ. Paul⁹ vero ꝛ vidit xp̃m ꝛ distincta ꝙba ei⁹ audiuit. ¶ Quartũ qõ cõcurrit in illa ꝙuersione dr corporis excecatio. Surrexit aũt Saul⁹ de terra apertisq; oculis nihil videbat. Ad man⁹ itaq; socij trahẽtes illũ itro duxerũt Damascũ. Et erat ibi tribus diebꝫ nõ videns ꝛ nõ mãducauit neq; bibit. In ꝫ triduo ait Beda Paulus orationi vacasse: fuisseq; raptũ vsq; ad tertiũ celũ. Idẽ refert Nico. de lyra sup̃ scõa epla ad Corinthios ca. xj. Sũt aũt Bede venerabilis verba hmõi: apparet q p triduum quo creatus lucis grãz expectabat non oc̃lis torpebat: ꝫ diuina potius illustratiõe sublimat⁹ archana celestia rimabat. Estq; nisi falsor credibile: q eo tpe mysteriũ euãgelicc dispẽsationis edoct⁹ fuerit de q̃ ipe gloriat̃ ad Galathas dicẽs. Neq; eñ ego ab homie accepi illũ neq; didici: sed p reuelationez ihu xp̃i: hec ille. ¶ Quintũ qõ ꝙcurrit in ꝙuersione Pauli fuit ei⁹ visitatio. Nã instruxit xp̃s ananiã vt Paulũ visitaret: scribit eñ Actl. ix. ca. sic. Erat autem q̃dam discipulus Damasci noie Ananias hic vt habetur Actl. xxij. ca. erat de iudeis ad xp̃m ꝙuersus scientia ꝛ vita famosus. Et dixit ad illum in visu dñs, Anania. At ille ait. Ecce ego dñe. Et dñs ad eũ. Surge vade in vicũ q̃ vocat̃ rectus. ꝛ q̃re in domo iude Saulũ noie tharsensem. Ecce eñ orat ꝛ vidit. i. sibi reuelatũ ẽ: viz ananiã nomie: naz reuelatio fuit facta Paulo nõ solũ de psona ꝫ de ꝓprio noie: introeuntẽ ꝛ imponẽtẽ sibi manũ vt visum recipiat Timẽs Ananias rñdit: dñe audiui a multis ꝫ viro ꝫ quãta mala sc̃tis tuis fecerit in hierl̃m ꝛ quare huc se ꝙtulit? Cui deus. vade Anania qñ vas electiõis ẽ mihi: vt portet nomẽ meuz coꝝ gẽtib⁹ ꝛ regib⁹. Ego aũt ostẽdã illi quãta oporteat eũ pati p noie meo Et abijt Ananias ꝛ introiuit in domũ ꝛ imponẽs ei manũ dixit. Saule frater dñs ihs ad te me misit q̃ apparuit tibi i via q̃ veniebas vt videas ꝛ implearis spiritusancto. ¶ Sextum qõ ꝙcurrit in ꝙuersione Pauli fuit illuminatio. Cõfestim nã cecideruñ tã q̃z squame ob oculis ei⁹ et visũ recepit: et surgens baptizat⁹ est. ¶ Septimũ qõ ꝙcurrit i illa ꝙuersione fuit ꝙfortatio. Cũ accepisset cibum ꝙfortat⁹ est duplici ꝙfortatiõe. s. corpis ꝛ spũs. Qõ ptz qz ꝙtinuo ingressus i sinagogas predicabat ihm ꝛ iudeos viriliter ꝙfundebat. Hec oia facta sũt eodez anno quo xp̃s passus ẽ ꝛ Stephan⁹ lapidat⁹: nam xp̃s octauo kalendas aprilis passus ẽ. Stephan⁹ eodẽ anno tertio die augusti lapidatus est. Paulus ꝙo octauo kalendas februarij ꝙuersus est. Et vt refert Nico. de lyra. nõ statim post baptismũ suũ iuit de Damasco in hierl̃m: sicut ipe dicit ad Galathas ꝓmo ca. Sz ꝓus abijt in arabiam: qua lustrata ꝓdicando reuersus ẽ Damascũ. Et i ista reuersione voluerũt eũ iudei capere: ꝛ p murũ euasit submissus in sporta: deinde iam trib⁹ annis a sua cõuersione decursis ascẽdit in hierl̃m videre Petrũ ꝛ mansit apud euz diebus trib⁹. Ubi sunt o Paule dure cõminatões tue? Ubi ꝙtumelioſa verba quib⁹ discipulos afficiebas. Ubi cathene quas deferebas vt vinctos illos in hierusalẽ ꝓduceres? Mutat⁹ es in altez vi rũ. Hec vtiq; ẽ mutatio dextre excelsi. Factus es euãgelica tuba: xp̃i p̃co ꝛ inuictissim⁹ miles religionis xp̃iane. Nõ times labores: non horres picula: nõ vitas plagas: nõ fugis mortem. Tu ꝓ xp̃o vt sc̃õe ad Cor̃l. ca. xj. ptz fuisti in laboribꝫ plurimis. Tu i carceribꝫ abundãti? Tu in plagis supza modũ. O quãta cõstãtia: quãtaue fuit ei⁹ aie fortitudo. A iudeis q̃nquies q̃dragenas vna min⁹ accepit. Refert Nico. de lyra sup̃ ꝫ passu. q̃ Deuterono. xxv. ca. cõmittitur iudicib⁹ vt ꝓ minoribꝫ culpis p q̃b⁹ mors nõ est inferẽda imponãt plagas ꝛ ꝙberaꝛ: ita ut q̃ q̃dragenariũ numeꝝ ictum nõ excedãt. Sapiẽtes ꝙo iudeoꝝ ad ptendẽdũ pietatẽ ordinauerũt: q de illo numero aliq̃d minueret⁹ pl⁹ vel min⁹ ꝓut rõnabiliter videret⁹ ratiõe delicti vel ꝙditionis ꝙberandi: ꝛ sic de alijs circũstãtijs. Quia ꝙo Paul⁹ erat eis odiosus subtraxerũt de dicto numero q̃nq̃es vnũ ictũ p vice q̃libet. Ter virgis cesus fuit. sicut patet Actꝫ. xvj. ca. Semel lapidat⁹ fuit in ciuitate lichonia: vt patet Actl. xiiij. ca. Ter naufragiũ fecit. Et ne singula repetem⁹ p xp̃o i vbe maxia capitis trũcatione glorioſũ martyriũ ꝙsumauit.

De raptu Pauli in quo vidit essentiam dei: ꝛ de conditionibus illi⁹ rapt⁹

Capitulum. iij.

Tertiũ mysteriũ ꝙtemplandũ de Paulo dr visionis gio speciali cõcedere Paulo vt in suo rapto diuinã essentiã videret: de quo ipe ita scribit sc̃õe ad Corinthios ca. xij. Scio hoiem in xp̃o ante annos q̃tuordecim siue i corpe siue ex̃ corpore nescio de⁹ scit raptũ hmõi vsq; ad tertiũ celum. Et scio hmõi hoiem siue in corpe siue ex̃ corpore nescio de⁹ scit qñ rapt⁹ ẽ in paradisũ ꝛ audiuit archana dei q̃ nõ licet homini loq̃. Dr quoꝝ ꝙborꝝ declaratiõe notãde sũt septẽ theologice

veritates. Prima veritas ſm Nico. de lyra ſu
per iſto paſſu. Q raptus ꝓprie importat quan
dam violentiam alicui⁹ rei cõtra motum natu
ralem ſibi: qđ põt eſſe dupliciter Uno mõ ꝯtũ
ad terminũ motus vt ſi lapis moueat ſurſum.
Alio modo quãtũ ad modũ motus vt ſi lapis
per impulſum violentũ ferat deorſum veloci⁹
ꝯ natus eſt moueri. Sic aia homis dicit rapi
id qđ eſt ꝑter naturã. Uno mõ quãtuz ad ter
minũ rapt⁹ puta qñ rapit ad penas. Alio mo
do ꝯtum ad modũ homini ꝓnaturalẽ Et ſic lz
aia nata ſit moueri in deũ: tamẽ modus ꝓnatu
ralis ſm ſtatum vite pſentis ẽ q in cognitionẽ
diuinaz aſcendat per cognitionẽ ſenſibiliũ ⁊ ſic
vtens ſenſib⁹: ido qñ ducit in cognitionẽ diui
noz a ſenſibus abſtractam ðr rapi: inquãtũ
hoc fit ꝑter modũ ſibi cõnaturalẽ. Poſt reſur
rectionẽ ño qñ erit in corpore glorioſo opus i
tellectiue nullo modo impediẽte rapt⁹ non ha
bebit ibi locuz. C Sda veritas q Paul⁹ in ra
ptu vidit eſſentiã diuinã: ſic determinat Aug⁹
ad paulã de videndo deum: ⁊ in. xij. ſup Gen.
ad lfraz qđ ⁊ ẏba apli deſignant: dicit em̃ ſe au
diuiſſe ineffabilia verba q̃ non lz homini loqui:
huiuſmodi autẽ vident ea que ptinent ad viſi
onem beatoz que excedit ſtatum vie: ſm illud
Eſa. lxiiij. Oculus nõ vidit de⁹ abſq; te q̃ ꝓpa
raſti diligẽtib⁹ te. Quare ſpernẽdi ſunt illi qui
dixerunt Paulũ nõ vidiſſe ipam dei eſſentiaz:
ſed quandã refulgentiaz claritatis ipi⁹. C Ter
tia veritas ſm Tho. ſcda ſcde. q. clxxv. q diui
na eẽntia videri ab intellectu creato nõ põt niſi
p lumẽ glorie: qđ tamẽ dupliciter pticipari põt.
Uno modo p modũ forme imanentis ⁊ ſic bea
tos facit ſanctos in patria. Alio modo p modũ
cuiuſdam paſſionis trãſeuntis: ⁊ hoc modo lu
men fuit in Paulo qñ fuit raptus. Et ideo ex
tali viſione nõ fuit ſimpliciter beat⁹ vt fieret re
dundãtia ad corpus: ſed ſoluz ſm qđ. Et ſic nõ
fuit beat⁹ habitualiter ſ ſolum habuit actũ be
atoz. C Quarta veritas q noie tertij celi põt
intelligi aliqđ corporeũ: ⁊ ſic tertiũ celũ eſt em
pirreũ quod ðr tertium reſpectu celi aerei ⁊ ce
li ſiderei: vl reſpectu celi ſiderei: ⁊ reſpectu celi
aquei ſiue criſtallini. Et ðr raptus ad tertiũ ce
lum: nõ q⁹ rapt⁹ ſit ad videndũ ſimilitudinem
alicui⁹ rei corporee ſ ꝓpter hoc q locus ille ẽ ꝓtẽ
plationis beatoz. Ibi ergo dicit ſe raptũ. q⁹ de
us oſtendit ei vitã in q̃ videndus ẽ ineternum
Et q⁹ viſio dei nõ põt eẽ ſine delectatiõe: ꝓpte
rea nõ ſolũ ſe dicit raptũ ad tertiũ celũ rõne cõ
tẽplationis ſ eẽt in paradiſum recte delectatio
nis cõſequẽtis. C Quinta ẏritas q Paulus i
raptu fuit a ſenſib⁹ alienat⁹. Nã vt inqt Aug⁹
xij. ſup Gen. ad lfram. Niſi ab hac vita quiſq;
quodãmodo moꝛtuꝰ ſiue omnino exiens ðr cor
pore ſiue auerſus ⁊ alienat⁹ a ſenſib⁹ in illaz nõ
ſubuehit viſionẽ. Ratio eſt ſm Tho. q⁹ opor
tet cũ intellectus hõmis eleuat ad altiſſimã dei
eẽntie viſionem: vt tota mẽtis intentio illuc ad
uocet ita ſcilz q nihil intelligat aliud ex fantaſ
matib⁹: ſed totaliter ferat in deuz. Nõ em̃ per
aliqđ fantaſma põt dei eẽntia videri animo nec
per aliquam ſpeciem intelligibilem creatam. q⁹
eſſentia dei i infinitũ excedit non ſolũ omnia cor
pora quoꝝ ſunt fantaſmata: ſed etiã omnẽ itel
ligibilẽ creaturã. Ideo impoſſibile eſt q̃ homo
in ſtatu vie videat deũ p eſſentiã ſine abſtracti
one a ſenſib⁹. Notandũ in q⁹ anima xpi i ſtatu
vie videbat diuinã eſſentiã abſq; abſtractione
a ſenſibus. nam itellectus illius anime erat glo
rificatus p habituale lumen glorie quo diuinã
eſſentiã videbat multo amplius q̃ aliquis an
gelus vel homo. Erat aũt viatoꝛ ⁊ diſpẽſatiue
patiebat nõ ꝓpter aliquẽ defectũ ex parte itel
lectus. Ideo non eſt ſimilis ratio de eo ⁊ alijs
viatoꝛib⁹. C Sexta veritas q Paul⁹ poſt q̃
ceſſauit videre deũ p eẽntiã memoꝛ fuit illoꝝ
q̃ in illa viſione cognouerat p aliqs ſpecies itel
ligibiles habitualiter ex ꝟ in eius itellectu reli
ctas: ſic etiã abeũte ſenſibili remanẽt aliqne im
preſſiones in aia q̃s poſtea ꝟuertens ad fantaſ
mata memoꝛat. Uñ nec totã illã cognitionem
aut cogitare poterat aut ẏbis exprimere. hec
Tho. ſcda ſcde. q. vbi ſupra. arti. iiij. in reſpon
ſione ad tertiũ argu. C Septima ẏritas q lz aia
Pauli fuerit a fantaſmatib⁹ ⁊ ſenſibiliũ pceptio
one abſtracta: nõ tñ fuit ita a corpe ſepata vt ei
nõ vniret q̃ſi forma. lz ðr ꝟ dubitari poſſit ꝓpt
ipi⁹ apli ẏba q̃ ait: ſiue in corpe ſiue ex corpus
neſcio de⁹ ſcit. Hoc aũt vt Hiero⁹ ait in ꝓlogo
ſup Danielẽ. q̃dã intelligere voluerũt q apls
ignoꝛabat an corp⁹ ei⁹ fuerit raptuz ſimul cum
aia vel nõ. Sz Aug⁹. xij. ſup Gen. ad lfram dic
q apls ſciuit ſe fuiſſe raptũ ſm aiam ⁊ nõ ſm
corpus: neſciuit tñ q̃liter aia ſe haberet ad cor
pus. Uñ poſt longã inq̃ſitionẽ: Aug⁹ ꝯcludit
dicens. Reſtat forꝛaſſe vt ꝟ ipm eũ ignoꝛaſſe i
telligamus. vtz q̃ñ in tertiũ celuz raptus eſt in
corpe fuerit aia: quõ eſt aia in corpe cũ corpus
viuere ðr: ſiue vigilantis: ſiue dormientis: ſiue
in extaſi a ſenſibus corpis alienati: an oño de
corpore exierit vt corpus moꝛtuũ iaceret Sed
vt idez Aug⁹ poſtmodũ refert dubitante apl̃o
q̃s veſtrũ inde certus eſſe potuit. vñ qui ſuper
hoc loquit magis cõiecturaliter q̃ ꝑ certitudi
nẽ loquit Ex his apꝑet q̃ repꝛehenſibiles in
ueniunt hi q̃ bonoꝝ tpalium falſa venenoſa
q̃ dulcedine decepti: alienã vitam felicitatẽ q̃
ꝓmiſſam: aut negant aut acq̃rere nolunt. O q̃

magna multitudo dulcedinis tue de⁹. O ioc̃ da facies tua ⁊ decora nimis. O beati q̃ habitant in domo tua. Ostendisti te paulo doctori gentiū: sicut ⁊ moysi p̃mo doctori iudeoꝝ. Voluisti vt ille a te electꝰ non solū audita ꝺ̃ visa referret. Et vñ in ea tātus feruoꝝ tanta ꝓstantia: tāta solicitudo tāta diligẽtia: tāta veniꝝ patiẽtia: nisi q⁹ te viderat in via cui te exhibuisti ꝺ̃m humanitatẽ lꝫ imensa lucerutilantẽ. Et tandẽ ad tertū celū rapto demonstrare dignat⁹ es diuinitatẽ tuã. clamat paul⁹. Cupio dissolui ⁊ eẽ cū xp̃o. Et mihi viuere xp̃s ẽ ⁊ mori lucruꝫ ad Philipẽn. j. ca. Cur o paule nisi q⁹ illa ẽ vera vita illa q̃eta: illa tranq̃lla: illa pacifica: illa deliciosa: illa ꝑpetua: illa deniq̃ oib⁹ bonis repleta q̃ seq̃t post morte ꝑ xp̃o: et ad quã puenire nõ p̃t nisi q̃ moriũt cũ xp̃o. Hãc paulus p̃dicauit: hanc desiderauit: hãc tandem gl̃ose adeptus ẽ. Ad quã nos ꝑducat ihs filius dei qui viuit ⁊ regnat in secla seclorꝝ. Amen.

Sermo. xxxiij. de p̃matu sãcti petri apli ⁊ de illius eximijs virtutib⁹ atq̃ de ipi⁹ petri ⁊ pauli martyrio.

Ves petr⁹. verba sũt redemptoris nr̃i originaliter. Mat. xvj. ca. ⁊ i euãgelio p̃tis solẽnitatis Rutilãtia fidei xp̃iane miracla satis i vbe maxia claruerũt. Inter q̃ illo vnũ p̃admirandũ fuit ꝙuersio videlicet gẽtiũ Romanoꝝ q̃ ciuiũ facta ꝑ apl̃oꝝ petri ⁊ pauli ꝓdicatiõnẽ. Erant ibi tot supstitiones noxie: tot ad idola vana ⁊ ad demões sacrificia: tot extructa artificio mirabili tẽpla falsoꝝ deoꝝ ⁊ alia hmõi: q̃ oia petro ⁊ paulo p̃dicãtib⁹ defecerunt. Ibi nũc colit crucifixus de⁹ ⁊ homo verus q̃ sedet ad dexterã patris. Ibi sacra templa dei veri ⁊ v̄ginis matris: apl̃oꝝ martyrũ v̄ginum ⁊ cõfessorũ a cunctis fidelib⁹ frequentãt. Ibi sedes petri a cunctis fidelib⁹ regib⁹ ⁊ p̃ncipib⁹ deuotione p̃cipua honorat. Ob q̃ leo papa in sermone vestiuitatis hodierne ita elegãter romani alloquit. Omniũ q̃dem sanctaꝝ solẽnitatuꝫ charissimi tot⁹ mũdus ẽ ꝓticeps: ⁊ vnius fidei pietas exigit vt q̃q̃d ꝑ salute vniuersoꝝ gestũ esse recolit: cõmunibus vbiq̃ gaudijs celebret. Verũtamẽ hodierna festiuitas p̃ter illaꝫ reuerentiam quã toto terraꝝ orbe ꝓmeruit speciali ⁊ ꝓpria nostre vrbis exultatione veneranda ẽ vt vbi p̃cipuoꝝ apostoloꝝ glorificat⁹ est exit⁹ ibi int̃ dte martyrij eorum sit leticie p̃cipatus Isti sunt enī viri per quos tibi euangeliuꝫ xp̃i roma resplenduit: ⁊ que p̃us eras magistra erroris: facta es discipula veritatis. Isti sunt sancti patres tui veriq̃ pastores: q̃ te regnis celestib⁹ inserẽdã multo meli⁹ multoq̃ felicius cõsiderunt q̃ illi quoꝝ studio p̃ma mentũ tuarũ fundamenta locata sunt: e q̃bus is tibi nomen dedit q̃ te fraterna cede fedauit Isti sunt qui te ad hanc gloriam ꝓuexerũt vt sis ciuitas sacerdotalis ⁊ sancta: ⁊ p̃ sanctã beati petri sedẽ caput totius orbis effecta latius p̃sidens religione diuina q̃ dominatiõe terrena. Quis enim ius imperij tui terra mariq̃ distẽderis: minus tamen est q⁹ tibi bellicus labor subdidit q̃ q⁹ pax xp̃iana subiecit: hec Leo. Ut aũt tanto⁹ beneficioꝝ veritatez pleni⁹ agnoscam⁹ de ipso apl̃oꝝ p̃ncipe petro p̃ncipaliter: ⁊ demũ ꝺ̃ ipo ⁊ paulo in hoc sermone v̄ba faciemus. Dicere q̃dem possum⁹ cũ xp̃o v̄ba ꝓposita. Tu es petrus. id ẽ inter apl̃os cõfessor fidei singularissimus q̃ ⁊ vbi ⁊ toti mũdo lumẽ euangelicũ ꝓtulisti: vbi de ipo sanctissimo petro tria mysteria ꝓponimus ꝓtemplanda.

Primũ dicit p̃eminentie.
Scõm refulgentie.
Tertium patientie.

Q beatissim⁹ petrus p̃nceps apostolorum fuit ⁊ dignissimum caput ecclesie. Caplm. i.

Primũ mysterium ꝓtemplanduꝫ de beato petro ꝺ̃ p̃eminentie. In q̃ ꝓsideremus dignitatem eius ex eo q⁹ fuit p̃nceps ⁊ caput apostolorum: qꝺ ꝓbare possumus tripliciter.

Primo rõne testificationis.
Scꝺo rõne ordinationis.
Tertio rõne exercitationis.

¶ Primo ꝓbamus petrũ fuisse apl̃oꝝ caput ⁊ p̃ncipem rõne testificationis. Ita q̃pe testificãtur canones sacri. Sicut ptz. xxj. di. ca. j. §. horum discretio. ⁊ ca. in nouo: ⁊ l. di. c. quia tua. ca. hi q̃. et. ij. ca. ꝓsiderandũ. ca. fideliorꝝ. lxxix. di. ca. oportebit. lxxx. dis. in illis. j. q. j. ca. eos. iij. q. vj. ca. dudũ. vij. q. j. ca. mutatiões. viij. q. j. ca. si petr⁹. xxiiij. q. j. ca. rogamus. Et decretione. ca. fundamẽta. li. vj. Et q⁹ papa canonice electꝰ ẽ succesꝛ petri vt ptz. xxj. di. ca. in nouo testamẽto. Et. ix. q. iij. ca. alioꝝ. Ideo ẽ caput ecclie vt ꝺ̃. xcvj. di. ca. ꝓstãtin⁹. Et ẽ vicarius xp̃i vt ponit ex ꝺ̃ trãsla. epi. ca. int̃ corpalia. ⁊ ca. licet. Et i clemẽtina. Romani p̃nceps de iureiurã. Et gerit vicẽ dei i terris. vt habet ex de trãsac. ca. quãto. ¶ Scꝺo ꝓbam⁹ petrũ fuisse apl̃oꝝ ⁊ toti⁹ ecclie caput rõne ordinationis. Sic vtiq̃ statuit xp̃s vt postq̃ ipe ꝓcederet celum: petr⁹ curã gereret ecclie sancte. Nam

sibi dixit Mat. xvj. ca. Tibi dabo claues regni celoꝝ: ad designādū q̄ oēs alij q̄b⁹ ptās ligandi atq̄ soluēdi ꝯcedēde erat: dependētiam haberēt ab ipo: vt scribit. xxiiij. q. j. ca. manet. ca. quodcūq̄. In sup Luce. xxij. ca. dixit xps ñdicer. Ego p te rogaui petre vt non deficiat fides tua. s. finaliter ſm Nico. de lyra. Nō eñ rogauit vt petrus nō caderet: ſ vt i casu non remaneret. Jōo sequit. Et tu aliq̄n ꝯuersus. i. ō peccato ad gr̄am: cōfirma fratres tuos. Nō ōz ei q̄ ecclia erat sibi cōmittēda. Impletū ꝙ id fuit q̄n: vt dicitur Johis vlt. ca. ter xps illi dixit. Pasce agnos meos. ¶ Tertio pbam⁹ petrū fuisse ap̄lis ceteris ꝛ eccl̄ie p̄latus rōne exercitationis. vt scribit Act. j. ca. Prim⁹ fmonē fecit in electiōe matthie. Et Act. ij. ca. post susceptū sp̄m sctū p̄mus p̄lo p̄dicauit. Jōo Anacletus allegato ca. in nouo testamēto ait. Petrus p̄mus ad fidē populū ꝙtute sue p̄dicationis adduxit. Et post ascensionē xp̄i p̄mū miraculū factū fuit p petrum associatū cuz Johe cū dixit claudo. Argentū ꝛ aurū nō ē mihi: qđ aūt habeo hoc tibi do. In noie ihu surge ꝛ ambula. ppter q̄ oia non ē ascribendū supbie q̄ petrus sit passus in cathedra exaltari. Cū humilitate q̄pe honorē sue dignitati a xpo vt p̄dictū est institute libēter suscepit. Naz vt colligit ex itinerario clemētis. Postq̄ beatus petrus Antiochie p̄dicauit: populūq̄ illum ad fidē conuertit. Theophil⁹ p̄nceps ciuitatis illi⁹ domū suā in basilicā fecit cōsecrari. In cui⁹ medio ex celsam cathedrā fabricauerūt ꝛ petrū vt ab oibus videri ꝛ audiri posset: exaltauerūt. In q̄ sedit honorifice tēporibus cōgruis ānis septem. Sed postmodū veniens Romā anno scdo imperij Claudij in romana cathedra sedit ānis viginiq̄ q̄ ꝛ vltra. De p̄mo ꝙo honore ecclesia festuz celebrat: q: tūc p̄mo p̄lati eccl̄ie ceperunt loco ptāte ꝛ noie sublimari. Ex q̄bus oib⁹ deprehendere possumus q̄ reprehēsibilis sit multorum ignorantia: temeritas et malicia q̄ p̄latos eccl̄ie p̄cipue pontificē maximū: despectos: viles: ꝙtemptibiles q̄ inspicerēt. Naz vt de papa loquar ipe a nemine ē iudicādus nisi a fide deuiet vt patet. xl. di. ca. si papa. Et debet q̄n̄q̄ ornat⁹ corona ꝛ vestib⁹ p̄ciosis p̄lo se monstrare ad honorez ꝛ gl̄iam xp̄i q̄n̄ pape Siluestro ꝛ ei⁹ successorib⁹ imperator Constantin⁹ dedit palatiū suū lateranēse ꝛ coronā capitis ꝛ vestimēta imperialia. xcvj. di. ca. Cōstantin⁹. Et ꝛ beat⁹ petr⁹ nō legāt cū tāta magnificētia sedisse tñ id fuit q: psecutio recens ꝛ ingentissima impugnabat eccl̄iaz. Nō p̄tz: q: ꝛ ipe vt infra dicemus iubēte Nerone crucifixus fuit. Ān Jsiō. in li. de vita ꝛ obitu sanctoꝝ ait. Petr⁹ post q̄ anthiochenam fundauit eccl̄iam sub Claudio Cesare ꝙtra Simonē magum Romam pergit ibiq̄ p̄dicans euangeliuz vigintiq̄nq̄ annis: eiusdē vrbis episcopatuz tenuit. Et tricesimo sexto anno a passione domini a Nerone vt ipse voluit crucifixus est.

De abiectiōe rerū tpaliū ꝛ cōfessione xp̄i atq̄ penitētia petri. quibus tāq̄ p̄ciosis gemmis anima eius decorata fuit. Caplm. ii.

nens illud Luce. x. ca. Nihil tuleritis i via inquit. Qualis debet eē q euāgelizat regnuz dei ꝓceptis apostolicis designat: vt sine ꝟga sine pera. Et glo. sup illo ꝟbo Act. iij. ca. Argētū 7 aurū non ē mihi. hoc dixit ꝑdetr⁹ paralitico: memor illi⁹ ꝓcepti dñici: noli possidere aurum Et Aug⁹ in li. de mirabilib⁹ sacre scripture In excusatiōe elemosyne 7 pauptatis ꝓfessiōe dixit paralitico. Surge 7 ambula: magistri ꝓceptum ſuans dicētis: nolite possidere aurū. Et Bernardus ad frēs de mōte dñi. Cū diues eēt xp̄s paup ꝓ nobis fact⁹ ē. Et q voluntarie dedit ꝓceptū pauptatis ipe eiusdem in semetipo nobis formā dignat⁹ ē demōstrare. Et Hiero⁹ ad Eustochiuz. Discipuli sine calciamētorum onere: 7 vinculis pelliū ad ꝓdicationē noui euāgelij destinant. Et milites vestimentis ibu sorte diuisis: caligas nō habebat q̄s tollerēt: nec eis habere poterat deus qd̄ ꝓhibuerat i suis Et Chryſ. omelia vltima sup Mattheū. Si bonū esset aut hoc vtiq; dedisset aplis xp̄s q̄bus ineffabilia tribuit dona. Nūc aūt nō soluz nō dedit ſ habere ꝓhibuit. ¶ Scōm dubium fuit vt aplī ꝓceptū datuz de pauptate implerēt. Et q sic ptz q: scribit Mat. xix. ḡliter petrus dixit xp̄o. Ecce nos reliquim⁹ oia. Et Mat. iiij. ca. dr: cōtinuo relictis oib⁹ secuti sūt eū. Euseb⁹ in ꝓmo lib. ecclesiastice historie refert. q post ascensionē xp̄i cū Abagarus rex sanatus a thadeo apl̄o ꝓcepisset dari ei aurum et argētū: ille nō accepit dicēs. Si nr̄a reliquim⁹ quō accipiem⁹ aliena? Et ō hoc Hiero⁹ ad Ag geruthiā ita scribit. Nemo apostolis paupior fuit: 7 nemo tūc ꝓ dño dereliquit. Et idem ad Octauiadē ꝟginē. Apostolici fastigij ē pfecte q; ꝟtutis oia vēdere 7 paupib⁹ distribuere: et sic leuē atq; expeditū cū xp̄o ad celestia subuolare. Et idē ad Helbidiā. Alis pfecta eē 7 i primo stare fastigio dignitatis: fac qd̄ fecerūt apli vende oia q̄ habes 7 da paupib⁹: 7 seq̄re saluatorē 7 nudā solāq; cruce sola seq̄ris. ¶ Tertiū dubiuz fuit vt̄ sit licitū mendicare. Ad qd̄ respondebim⁹ ſm Tho. scda scde. q. clxxxvij. Q̄ q̄druplici de causa posset q̄s mēdicare. Primo causa cupiditatis: dū q̄s mēdicat vt thesauriz̄et vel vt sic viuat de mendicitate: q victū posset q̄rere laborādo. Vñ lex ciuilis imponit pena validis mēdicantib⁹. q nō ꝓpter hūilitatez vel vtilitatē vel necessitatē mendicāt. Secdo ꝓpt q̄s mēdicare causa humilitatis. Nā act⁹ mēdicationis habet quādā abiectionē sibi ꝓiunctā vñ illi abiectissimi vident inter hoies eē q non solū sunt paupes ſ intātū egētes q̄ necesse habent ab alīs victū acq̄rere. Et ſm h̄ hūilitatis causa aliq laudabiliter mēdicāt. Vñ Hiero⁹ in epl̄a ad Occeanū cōmendat fabiolā de hoc q̄ optabat vt suis diuitijs pauperib⁹ effusis p̄o xp̄o stipes acciperet. Qd̄ beat⁹ Alexius ꝓfecit q̄ oībus suis dimissis ꝓpter xp̄m gaudebat se etiam a suis ſuis elemosynaz accepisse. Beat⁹ insup Frāciscus in sua regula ita dixit. Fratres nihil sibi ap̄ropriēt nec domū nec locū nec aliquā rem ſ tanq; pegrini 7 aduene in pauptate 7 humilitate dño famulātes: vadāt p elemosyna cōfidēter: nec oportet cos verecūdari: quia dñs p nobis se fec̄ pauperē in hoc mūdo: hec ille. Ubi aduertendū q̄ dñs ihs xp̄s mendicauit vt sic i h̄ humilitati sue nobis ꝓberet exemplum. Unde Bern. sup. ij. ca. Luce ait. Ut te dñe p omnia nostre pauptati ꝓformares 7 oēs vite humane calamites susc̄ipes q̄si vnus i turba paup̄z stipē p ostia mēdicabas. Quis medabit illarū buccellaz̄ mēdicataz̄ participem fieri 7 illius diuini edulij reliquijs saginari Tenet Bern. q̄ in illo triduo quo xp̄s se separauit a matre 7 a Joseph 7 elemosynis vixit Et glo. sup illo ꝟbo psalmi. Ego aut̄ mēdicus sum et paup: inquit hoc dicit xp̄s de se ex forma sui Mēdicus nanq; fuit quia petes 7 paup. id ē. sibi nō sufficiens: q̄ mūdanas copias nō habebat. Et Hiero⁹ in quadaz epl̄a. Caueas ne domino tuo scz xp̄o mēdicēte alienas diuitias cōgeras. Tertio p̄t quis mendicare causa necessitatis. Sicut cum aliq̄s non p̄t aliq̄ habere vnde viuat nisi mendicet Quarto p̄t aliquis mendicare causa vtilitatis cū scz aliq̄s intēdit ad aliqd̄ vtile pficiēdū: qd̄ sine elemosinis fidelium facere nō p̄t. Sicut petunt elemosyne ꝓ ꝓstructione p̄tis vel ecclesie: vel quibuscū q; alijs opibus q̄ vergunt in vtilitatē cōmunem: sicut scholares vt possint vacare studio sapientie. Ex his aparet q̄ sit temerarie siue dānabilis illoz sentētia q̄ religiosos dānant eo q̄ mendicādo elemosynas q̄bus sustentant acq̄runt cū id laudabilit̄ fiat. Nā elemosyne religiosis ꝺo tribuūt vt liberi⁹ religiosis actib⁹ insistere possint quoz̄ cupiūt se fieri pticipes. q̄ palia subministrāt. Huiusmodi aūt act⁹ sūt oratiōes discipline: ieiunia: officia diuina: celebratio missarū: studiū scripture sancte: p̄dicatio euāgelij 7 huiusmodi. Ut ḡ iam ad Mattheū ap̄lm reda m⁹: de ipo nō solū legim⁹ q̄ reliquerat oia ſ etiam ex post oblata sibi munera copiosa contempsit. Nā p̄dicans in ethiopia i ciuitate que dr vadaber duos magos noīe Zaroes et Arfaxat ibi reperit: q̄ ita hoies suis actib⁹ demētabant vt quoscū q; vellēt mēbroz̄ officio 7 sanitate ꝑuare viderent: q̄ in tātā supbiam erupuerunt vt se q̄si deos ab omnib⁹ facerent adorari Mattheus aūt ap̄s p̄dictam ciuitatē ingres-

sus ⁊ apud Eunuchum candacis regine quem Philipus baptizauerat hospitat⁹ ita magoꝝ prestigia detegebat: q̄ quicq̄d ip̄i faciebant hominibus in pernitiē: hoc ip̄e cōuerteret in salutem. Eunucho aūt sāctū Mattheū interrogā te: quō tot linguas loquerek ⁊ itelligeret: expo suit ei Matthe⁹ quō spūsancto descēdēte oīm linguaꝝ scientiā apostoli recepissent: vt sicut illi q̄ p̄ supbiā turrim vsq̄ in celū edificare volebant p̄ confusione linguaꝝ cessarūt ab edificio sic apli p oīm linguaꝝ scientiā turrim nō de lapidib⁹ sed de virtutib⁹ cōstruant: p̄ quā oēs q̄ crediderint celū ascēdant. Tūc venit q̄ diceret magos illos cū duob⁹ aduenisse draconib⁹ qui ignē sulfureū ex ore ⁊ naribus euomentes cunctos hoies occidebant. Apostol⁹ aūt signo crucis se munies ad eos securus exijt. quē mox vt dracones viderūt ante eius pedes ꝓtinus dormierūt dixitq̄ magi. Et vbi est ars vestra. Excitate eos si potest. Ego aūt nisi dñs rogassem q̄ō in me cogitaueritis inferre in nos ꝓtin⁹ extorsisset. Cuz aūt popul⁹ cōuenisset: in noīe ihu p̄cepit draconib⁹ vt abirent. Et nullū ledentes ꝓtinus abierūt. Cepitq̄ populo de gloria paradisi terrestris magnū sermonē ꝓtexere a qua ꝓpter peccatū eiectū hoiem dixit: sed p̄ xp̄m in paradisū celestē reuocatū. Et cū hec populo loquerek. Ecce subito tumult⁹ exortus est in quo regis filius plāgebak mortu⁹. Quē cum magi suscitare nō possent suadebāt regi q̄ in deoꝝ cōsortiū rapt⁹ eēt. Et ido simulacrū ⁊ tēpluz sibi ꝓstitui optere. Predictus aūt Eunuchus magos custodiri faciēs: apl'm aduocauit: q̄ oone fusa cū ꝓtin⁹ suscitauit. Quapropter rex noīe Egipus ꝑ viso p vniuersas suas ꝓuincias misit dicēs. Venite ⁊ videte deū i effigie hois latētem. Venerūt igit cuz coronis aureis ⁊ diuersis sacrificioꝝ generib⁹ volētes sibi sacrificare Quos Matthe⁹ cōpescuit dicēs. Viri q̄d facitis: Ego de⁹ non sū: sed filius dñi nostri iesu xp̄i. Itaq̄ ⁊ munera acceptare noluit. Illi ergo de auro ⁊ argento q̄ō sibi attulerant ip̄o iubente eccl'iam magnā fabricauerūt quam infra triginta dierū spaciū cōsūmarunt. Rex autem Egipus cū vxore sua ⁊ oi populo baptizat⁹ ē Epigeniaz quoq̄ filiā regis apl's deo dicatam pluscq̄ ducentis vginibus p̄fecit. Patet itaq̄ q̄to amore beatissimus Matthe⁹ pauptatez in omni sua vita fuerit ꝓsecutus q̄ oblatum sibi thesaurum accipere recusauit.

Qualit beat⁹ Matthe⁹ secutus fuit xp̄m i patiētia quaz habuit: equo aio ferēdo illatā sibi mortē: ob quam Hitarcus dei iudiciū nō euasit Ca. III.

Tertiū in quo be

atus Matthe⁹ secut⁹ ē xp̄m fuit patiētia. Nā forti animo mortē violentam p xp̄o sustinuit de qua tria ꝓsideremus.

Primo causam.

Secundo modum.

Tertio iudicium..

Primo ꝓsideremus causam: q̄re Matthe⁹ coronat⁹ est martyrio. Et hec assignak ira et indignatio Hitarci regis. de quo sic scribit in legenda. Mortuo rege Egipto hic ei succesit q̄ de alieno genere erat ⁊ Epigeniā vginē concupiscēs: dimidiū regni sui apl'o p̄misit si eā sibi in suū ꝓiugiū faceret cōsentire. Cui apls rndit vt iuxta morē p̄decessoris sui die dñica ad eccl'iaz ꝓueniret: ⁊ p̄sente Epigenia cū ceteris virginibus q̄z bona sint iusta cōiugia audiret. Ad rez cū gaudio adimpleuit putans q̄ Epigenie vellet coniugiū psuadere. Mattheus itaq̄ virginibus ⁊ oīni populo cōgregatis de bono mrimonio diu locut⁹ a rege plurimū est laudatus: credens q̄ b̄ ideo diceret vt virginis animum ad cōsensū mrimonij ꝓuocaret. Deinde imperato silētio p̄monē repetijt dicēs. Cū bonuz sit mrimoniū si saluo federe tenea. bñ scitis astantes q̄ regis spōsam aliq̄s p̄uoz vsurpare plus meret nō solū regis offensā ꝑ mortē insup mereret: nō q̄ vxorē duxisse ꝓbak. ꝑ q̄ spōsam dñi sui accipiens ei⁹ mrimoniū violasse ꝓuincitur. Ita ⁊ tu rex sciens Epigeniā eterni regis spōsaz effectā ⁊ sacro velamine ꝓsecratā: quō poteris spōsam potentiozes te tollere ⁊ tuo mrimonio copulare. Hec p̄ba odij ⁊ indignatiōis ꝓ apostolū fomitē ministrarūt. Hitarci animū inflāmarūt ad indiscretā ⁊ irrōnabilē iracūdiā: hec denicq̄ illū furibūdū recedere coegerūt. Scdo ꝓsiderem⁹ de morte apli sanctissimi Matthei modū. Recedēte q̄dez Hitarco ab eccl'ia: apls intrepidus ⁊ ꝓstās ad patientiā oēs ⁊ ꝓstāns ꝓfortauit: ⁊ Epigeniā cozaz se ex timore p̄stratam cū ceteris vginib⁹ bñdixit. Post missarū aūt solēnia rex spiculatorem misit q̄ iuxta altare Mattheū stantē ⁊ expansis in celū manib⁹ orantez misso a tergo gladio interfecit ⁊ martyrem ꝓsecrauit. O mors p̄ciosa in cōspectu dñi. O mors fructuosa q̄ vitaz in meli⁹ cōmutauit. O felix trāsitus in q̄ Matthe⁹ tā breui spatio ad celestia regna migrauit. O beata passio cui redditur merces infinita. Quisnā explicet q̄ts sit beati Matthei gloria i celo et in terra. Ais ei⁹ vtiq̄ cū angelis ⁊ sanctis oīb⁹ fruit eterno bono. Corpus vo apō Salernū trāslatū a cūctis fidelib⁹ honorificentissime venerat. Euangelium insuper eius p̄ ceteris magis in ecclesia

frequẽtaꝝ: sicut ꝛ psalmi Dauid: ꝛ sepl'e Pauli vt exꝫ peccatoribꝰ ad penitẽtiã redire volentibus ꝙ sequẽde venie spes indubia p̃beaꝝ. Naꝫ Dauid peccato luxurie cecidit. Paulꝰ superbia intumuit. Et Matutheꝰ auaricie deditissimus fuit. Qui tñ oẽs ꝓpter penitẽtiã exaltari meruerũt etiã i eccl'ia militãte. ¶ Tertio cõsideremꝰ de morte aplꝰ iudiciũ q̃ punitꝰ fuit Hitarcꝰ arrogantissimꝰ ꝛ insanꝰ. Mortuo q̃dẽ apl'o ꝙ's ad palatiũ Hitarci incensurꝰ oia ꝓperabat Sz p̃sbyteri ꝛ diacones ipetũ mitigãtes apostoli martyriũ cũ gaudio celebrarũt Rex ꝙo cũ nec ꝙ matronas ad Epigeniã directas nec per magos posset eã aliquatenꝰ inmutare totã domum eiꝰ igne copioso vallauit vt ipaz cũ ceteris viginibꝰ ꝙ cremaret Apl's aũt eidem apparẽs oẽz ignẽ ab eiꝰ domo excussit: q̃ erũpens regl palatiũ inuasit: ꝛ solo rege cũ vnico filio vix euadẽte cũcta ꝙsũpsit. Statimqꝫ filiꝰ eius a demone arreptꝰ p̃ris crimia cõfitens ad sepulcrum apl'i ꝓperauit Paterꝙo turpissimꝰ lepꝛosus ꝙfectꝰ ẽ. Qui cũ curari nõ posset manu ꝓpria gladio se pemit. Populꝰ aũt ẽ fratrẽ Epigenie ab apl'o baptizatũ regẽ ꝙstituit. q̃ p annos. lxx. regnauit: ꝛ filiũ suũ sibi substituẽs xp̃ianũ cultuz magnifice ampliauit. ꝛ totã Ethiopie ꝓuinciã repleuit eccl'esijs. Orem⁹ igit̃ dñm ih̃m xp̃m vt p merita ꝛ itercessionẽ bti Matutheꝰ apl'i ꝛ euãgl'iste trahat cor̃da nr̃a ad se vt eũ seq̃ valeam⁹ i opibus ꝙtuosis. Sicqꝫ reddam⁹ nos dignos gr̃a sua ꝛ tandẽ gl'ia illa ꝓhenni in q̃ viuit ꝛ regnat p infinita secula seculoꝝ. Amen.

Sermo. xxxviij. de bto Thoma apostolo qui lz fuerit ex duodecim vnus q̃d ad suã gl'iam accedit. tñ inuentus est triplici p̃conia decoratus.

Thomas vnꝰ ex duodecim. Scribunt h̃ ꝙba Johis xx. ca. Quis bto Thome ad gl'iam imgẽte accedere videaꝝ eo q̃ duodecim apl'oꝝ numero illũ dñs copulauerit. Uerũtñ bñ ẽ vt recogitemus ea q̃ in apl'atu egerit digna laude. Parũ q̃pe imo nihil esset apostolici fastigij accepisse honorẽ: nisi q̃ ad apl'atus officiũ spectãt implerent. Propterea in h̃ sermone de sancto Thoma dicturi aliqua enarrabim⁹: ex q̃bꝰ euz verum apl'm re ꝛ noie cognoscemus. Q̃ eñ vnꝰ ex duodecim fuerit patet satis ex verbis euangelij tam Johãnis. xx. ca. in themate: q̃ etiam Matutheꝰ. x. ca. Igitur referamus q̃d in eo cõmendabile reperitur. Et lz illius ꝓconia multa sint nos tñ de tribus dumtaxat dicemus. Primum dicit̃ confirmatio.

Scõm predicatio.
Tertium passio.

Qualiter Thomas fuit i fide ꝙfirmatus videndo xp̃m. vbi declarat̃ quõ corꝰ gloꝛificatuz fit palpabile. ꝛ an Thomas tetigit xp̃m. ꝛ quõ ꝺ eodez põt esse fides ꝛ visio. Cabl'm. i.

Primũ p̃conuz beati Thome ꝺ ꝙfirmatio Fuit eñ ꝺ resurrectione xp̃i ꝛ illiꝰ diuinitatẽ singulari ꝙfirmatꝰ. Cũ eñ vidisset apl'os recitantes resurrectionẽ xp̃i q̃ eis apparuerat ipa resurrectiõis die illo absente credere noluit Neq̃ absentia illa casualis fuit: sꝫ ex diuia puidentia vt eẽt occasio iterate apparitiõis ih̃u xp̃i ad ip̃m reducẽdũ ꝛ nos i resurrectõis fide ꝙfirmãdos. put Greg⁹ asserit i omelia Et lz dicat̃ Luce vlt̃. ca. q̃ duo discipuli eũtes in Emaus cognito dño i fractiõe panis redierũt i hierl'm ꝛ i uenerũt cõgregatos vndecim: int̃ q̃s oportuit q̃ numerarel' Thomas: q̃ iudas iam erat extinctꝰ. Tñ vt ait Beda. potuit eẽ q̃ Thomas dũ illi i colloq̃o de apparitiõe xp̃i existerẽt exiuit ab apl'oꝝ collegio. Et i isto interuallo añq̃ rediret ad eos xp̃s apparuit decẽ apl'is in cenaculo exñtibꝰ absente Thoma Narrãtibꝰ q̃ illis visionẽ xp̃i resuscitati. Thomas rñdit. Nisi videro i manibꝰ eiꝰ fixurã clauoꝝ ꝛ mittã digituz meũ in locũ clauoꝝ: ꝛ mittã manũ meã i latꝰ eiꝰ nõ credã. Hic Chryꝰ. ait. Sicut simpliciter q̃litercũq̃ credere facilitat̃ ẽ: ita multũ inuestigare ẽ grossissime mẽtis. ꝛ p h̃ Thomas accusatur. Alijs eñ grossioꝛ existẽs eã q̃ ẽ p sensũ grossimũ. s. tactũ q̃rebat fidẽ ꝛ neq̃ oculis credebat: vñ nõ sufficiebat dicẽ: nisi videro: sꝫ addidit: ꝛ mittã digitũ meũ i locũ clauoꝝ ꝛ mittã manuz meã in latꝰ eiꝰ nõ credã. Sz post dies octo duz erãt oẽs vndecim ꝙgregati apparuit illis iesus. Ubi Chryꝰ. inq̃t. Nã statim xp̃s apparuit sed post dies octo vt iterim Thomas a discipulis ammonitꝰ attẽdat in maius desideriũ ꝛ fidelioꝛ fieret i futuruz. Stans g̃ibꝰ i medio dixit eis. Pax vob: deinde dicẽ Thome. Infer digitum tuũ huc ꝛ vide manꝰ meas: ꝛ affer manũ tuã et mitte i latꝰ meũ: ꝛ noli eẽ incredulꝰ sed fidelis. Cõsideremus quãta sint benignitas ih̃u xp̃i q̃ nõ expectauit q̃ interrogarel' a Thoma. sed ex sua miscõia q̃ñ eũ p̃ueniẽs inuitat ad se cognoscendũ. Rñdit ꝙo Thomas iã in fide firmatus dñs meꝰ ꝛ deꝰ meꝰ. Cui xp̃s dixit. Quia vidisti me Thoma credidisti: beati q̃ nõ viderunt ꝛ crediderũ. Sed vt p̃dicta sine aliquo errore intelligañ opus ẽ vt tria dubia declaremus.

Primū vtrum corpus glorificatum palpabile sit a tactu non glorificato.
Scōm vtz Thomas tetigit corpus xpi.
Tertiū vtz de eodē possit esse fides ⁊ visio.
¶Ad pmū dubiū dixerūt aliq̄ q corp⁹ glorificatū est intāgibile. qđ ꝓbare ꝓtēdūt: q⁹ Greg⁹ in omelia inq̄t. Corrūpi necesse ē qđ palpat ꝫ glorioſū corp⁹ est incorruptibile: ergo ⁊ impalpabile. Insup Chrys⁹. in omelia ait. Dignuz ē querere qualiter corp⁹ incorruptibile ¦ tāgibile fuit mortali manu ꝫ ne tumultueris descēsiōis cūm fuit. Tñ ꝓtrariū ꝓbari pt. Naz Luce vlti. ca. xps dixit aplis. Palpate ⁊ videte. Et Gre gor⁹ i omelia. Palpabile fuit p veritatē nature ⁊ subtile p effectū spūalis potētie. Preterea in corpe glorioso erit veritas ossis ⁊ carnis Caro ē mollis ⁊ os durū: ꝫ durū ⁊ molle sunt obiecta tact⁹: ergo corp⁹ glorioſū ē tāgibile. Ad habendā hui⁹ veritatis expīssam noticiā. sciendum ꝫm doctrinā Bonauē. in. iiij. di. xlix. q cuz dico tāgibile duo dico. s. q pt imutare sensuz et ꝫ ē pfectionis. Et qđ nō pt latere tactū nrm: ⁊ ꝫ ē impfectionis. Et q⁹ remanebit qđ ē pfectiōis ⁊ tollet qđ ē impfectiōis. Idco dicendū q corpus glorioſū pt se pbere tāgibile ⁊ pt nō pbere siue latere. Et ꝫ hz ꝫm diuersas ꝓditiōes. Nā tangi pōt q⁹ pōt impelleti resistere cū sit corp⁹ vez non vnū vel fantasticū: latē pōt: q⁹ pt penetrare organū tactus. Primū hz p veritatem nature Scōm p effectū spūalis potētie. Et hec duo ꝓtraria sunt in nobis ꝫ nō in corpe glioso. Et ad illud qđ obijciebat: q⁹ qđ palpat est corruptibile. Dicendū q verū ē de eo qđ ē tactui subiectū ꝫ illud nō erat in corpe dñi: idō condescensionis fuit. ¶Scōm dubiū erat vtz Thomas tetigit xpm. Et q̄dam dicūt q nō ex eo q qñ vidit imediate credidit: ⁊ p reuerētia nō fuit ausus tāgere tñ dñm idō xps dixit ei Quia vidisti me Thoma credidisti: nō dixit q⁹ me tetigisti Alij aūt asserūt q Thomas tetigit xpm vt sic vbis ei⁹ obediret q̄ dicebat ei. Infer digitū tuū huc. Et qñ xps postea retulit: q⁹ vidisti me: accipit visus p tactu. Nā visus ppt suuz nobilē modū cognoscēdi trāsfert multotiēs ad actū alia vez potētia vez sensitiua vez Un Aug⁹n ait tetigisti ꝫ vidisti me qm̄ generalis quodammodo sensus ē visus. Naz ⁊ p alios q̄ttuor sensus notari solet: velut cū dicim⁹ audi ⁊ vide q̄ bñ sonet olfa ⁊ vide q̄ bñ oleat Gusta ⁊ vide q̄ bñ sapiat. Tange ⁊ vide q̄ bñ caleat. Un ⁊ h dñs dic̄. Infer digitū tuū huc ⁊ vide manus meas vbi nil aliud ait q̄ tāge ⁊ vide: cū tñ ille oculos ⁊ digito nō haberet. Ergo siue ituēdo siue etiā tāgēdo xps ei dixit: q⁹ vidisti me Thoma credidisti q̄uis dici possit: non ausū fuisse discipulum tangere xpm: lz offerret se illi tangendum.
¶Tertiū dubiū fuit vtz de eodem possit eē fides ⁊ visio. Nā ap⁹s ad Heb. xj. ca. ait. Fides ē substātia rez sperādaz argumētū nō apparētiū. Et Aug⁹ sup Jobez. Fides ē virt⁹ q̄ creditur q̄ nō vident. Tñ xps dixit Thome. Quia vidisti me credidisti Insup fides beate ỽginis magnopere cōmēdat. Cui Elizabeth dixit. vt scribit Luce. j. Beata q̄ credidisti qm̄ pficiēt ī te ea q̄ dicta sūt tibi a dño. Et Aug⁹ li. d ỽgin⁹ tate ait Beatior fuit Maria ꝓcipiēdo fidē xpi q̄z ꝓcipiēdo carnē xpi Materna ꝓpinqtas nihil marie ꝓfuisset nisi felicius xpm corde q̄z carne gestasset. Nihilomin⁹ ipa vidit xpm nascētē de se ỽgine: vidit illū morientē: vidit a mortuis tā suscitatū: vidit ascēdētē in celum ⁊ credidit. Igit aliq̄d pōt esse visū ⁊ creditum Ad ꝫ rñdet Bonauē. in. iij. di. xxiij. q visio ⁊ fides nō possunt eē de eodē vno ⁊ eodē respectu: ꝫ bñ diuersis respectib⁹. Nam qñ aliq̄d ita videt ex vna pte q ex alia lateat: ꝫm id qđ latet pt esse creditū: lz ex pte altera videat. Cuz g̃ i xpo videret vel a Thoma vel ab ap⁹lis: vel ab ipsa virgine matre illō qđ ad ei⁹ corp⁹ ⁊ humanitatē spectabat tñ diuinitas ei⁹ sensū ⁊ visū latebat. Et in ꝫ maxie ỽginis illibate fides extollitur: qm̄ videns i filio tātā humilitatē: credidit tñ sp illius diuinitatē. Et ꝫ ē qđ Greg⁹ in omelia dixit de Thoma. aliud vidit ⁊ aliud credidit: vidit hominē ⁊ ꝓfessus ē deū. Fuit itaq̄ in fide solidata a qua ceciderat sicut ⁊ ceteri.

Qualit Thomas ap⁹lus p̄dicauit populis diuersaz ꝓuinciarū loquēs idiomata eoꝝ varia. ⁊ quō int̄ ceteros ꝓuertit indos ad fidē xpi. Ca. ii.

Decūduz pconiū beati Thome dr p̄dicatio. Nā fidez ⁊ gloriaz xpi ardentissime p̄dicauit Circa tamen p̄dicationē ei⁹ tria sunt videnda.
Primum q̄bus gentibus p̄dicauit.
Scōm quo idiomate.
Tertium qua efficacia.
¶Primū videndū ē q̄b⁹ gētib⁹ Thomas p̄dicauit. Ad qđ ita ait Jsid⁹. in li. de vita et obitu sanctoz Thomas discipul⁹ xpi ac filius saluatoris: audiēdo incredul⁹: videndo fidelis fuit: hic euāgeliū p̄dicauit Parthis: Medis: ⁊ Persis: Jrcanisq̄z: ⁊ Gragmanis. Et intrās orientalem plagā: ⁊ interna gentiū penetrās: ibi p̄dicationē suā vsq̄z ad vltimuz sue passionis p̄duxit ꝫ ille. In ei⁹ aūt legēda ponit q p̄dicauit india vbi nomē xpi plurimū exaltauit. Sūt aūt ꝓnomiare ꝓuincie longe lateq̄z diffuse in q̄bus

habitant populi innumerabiles. Ut enim inqt Jsid. xiiij. ethimol. li. In parthia sūt regna decem & octo porrecta a Caspio littore vsq; ad terras scitarū. Et vt refert ꝑ Plinius li. v. de naturali hist̄oria Est eñ parthia multis reb⁹ ꝓdigiosis & mōstruosis mirāda Nā sunt ibi bestie feroces: pardi: tigri: linces: aspides & serpentes: Gens etiam dura est & crudelis victuq; parca Media insup est regio opulēta multis fluminibus irrigua: ciuitatib⁹ & oppidis p̄clara: multo rū populoꝝ dña. Persida etiam amplissima & valde populosa in q̄ primū ꝑm Jsid. vbi supra dicta ē ars magica. Ad eā q̄dē nēbroth post cōfusionē linguarū abijt: ibiq; persas ignē colere docuit. Hircania ē regio in Asia sub iug⁹ caspi mōt⁹ cōstituta habēs multas gētes: istius hircanie populos deuicit Johes hircanus filius Simonis sūmi sacerdotis tpe machabeorū a q̄bus deuictis Johes hircan⁹ nobilitatus est vt dicit magister in hist̄oria scholastica in p̄ncipio hist̄orie euāgelice Sed oībus his dimissis de India loquamur: de q̄ ita refert Jsid. vbi supra. India vocata ab indo flumine quo ex parte occidētali claudit: hec a meridiano mari porrecta vsq; ad ortum solis: & a septētrione vsq; ad montē caucasū puenit: habēs gentes multas & oppida Insulā quoq; caprobanem gēmis & elephantib⁹ refertam. Crisam & argireā: auro argentoq; fecūdas. Tilem quoq; arborem folijs nūq; carentē habet & fluuios Gangen & Jndū et Hipanē illustrantes indos. Terra indie fauorno spū saluberrima i. anno bis metit fruges Vice hyemis estatē patit. Gignit aūt tincti coloris hoīes: elephantes in gentes Monocerō bestiā: psitacū auem. Cinamomū piper & calamū aromaticū mittit & ebur: lapides quoq; p̄cios⁹ Berillos: Crisopassos. Adamātē: Carbunculū: & alios diuersi generis. Ibi sūt & mōtes aurei q̄b⁹ adire ꝓpter dracones et grifos et imēsos hominū mōstra impossibile est. Prędictas ita q; puincias beat⁹ Tho. alias xp̄o lucri faciēdas lustrauit. ¶ Scōm q̄d erat videndū q̄ idiomate Tho. apl's p̄dicauerit iam referam⁹. Et ad h̄ plenius intelligenduz nōnulli scire cupiūt: vtz apli p donū linguaꝝ loquebant linguis oiuz gentiū. Et lz de hoc dixerim in ꝑmo ne de spiritusancto: tñ aliqua erūt h̄ inferenda. Igit̄ ꝓbari posset lz apparent: q; apli nō loquebant oībus linguis Primo q; illud q̄d diuina virtute oībus cōcedit optimū ē in suo genere: sicut dñs quertit aquā in vinū bonū vt dr Johānis. ij. ca. Sz illi q̄ habuerūt gram linguarū melius loquebant in ꝓpria lingua. Nam dicit Hiero⁹. exponēs epl̄am ad hebreos nō esse mirandū q; epl̄a illa maiori relucet facundia q̄ alie cum naturale sit vnicuiq; plus in sua q̄ in aliena lingua valere. Ceteras eñ epl̄as apl's peregrino. id est. greco ꝑmone cōposuit: hanc autez scripsit hebraica lingua: ergo videt q; apl's nō loquebat idiomata aliorū p donū gr̄e grat⁹ data Scdo arguit: qz natura nō facit p multa q̄d pōt fieri p vnū. Multo min⁹ deus q̄ ordinati⁹ q̄ natura operatur. Sed poterat de⁹ facere q; linguam vnā loquentes ei⁹ discipuli ab oībus audirent. ergo videt q; nō habuerūt scientiaz loquendi oībus linguis. Tertio oēs gr̄e deriuātur a xp̄o in corpus ei⁹ q̄d est ecclesia ꝑm illud Johis ꝑmo de plenitudine eius oēs accipim⁹ Sed de xp̄o nō legit q; fuerit locutus nisi vna lingua: ergo videt q; discipuli ei⁹ nō acceperūt ad hoc gr̄am vt oībus linguis loquerent. Sed in ꝓtrariū est glosa Grego. Act⁹. ij. ca. que ait. Spūssanct⁹ sup discipulos i igneis linguis apparuit & eis oim linguaꝝ sciētiā dedit. Rñdet ergo sanct⁹ Tho. scda scde. q. clxxvj. q; ꝑmi discipuli xp̄i ad hoc fuerūt ab ipo electi vt p vniuersum orbē fidem eius p̄dicarent. Non autez erat ꝓueniens vt q̄ mittebant ad alios instruēdos indigerēt ab alijs instrui qualiter alijs loquerent vel qualiter q̄ alij loquebant intelligerent: p̄sertim qz isti q̄ mittebant erant alterius gētis scz iudee. Erāt etiā pauper & impotētes nec de facili a p̄ncipio reperissent q̄ eorū verba alijs fideliter interp̄tarent: vl' verba aliorū eis exponerēt: maxime qz ad infideles mittebant. Et ido necessariū fuit vt sup hoc eis diuinitus ꝓuideret p donum linguaꝝ: vt sicut gentibus ad idolatriā declinantib⁹ introducta ē diuersitas linguaꝝ: ita etiā q̄n erāt gentes ad cultum vnius dei reuocāde: ꝓtra hmōi diuersitatē remediū adhiberet p donum linguaꝝ. Ad ꝑmū ergo dicendū q; sicut scribit ꝑme ad Cor⁹. xij. ca. Manifestatio spūs dat ad vtilitatē Et ido sufficiēter & Paul⁹ & alij discipuli fuerūt instructi diuinitus in linguis oīm gentiū: quantū requirebat ad fidei doctrinā Sed quātū ad quedam que sup addunt humana arte ad ornatuz & elegantiā lectionis: apostol⁹ instructus erat i ꝓpria lingua nō autē i aliena Sicut etiā i sapia & scientia fuerāt sufficienter instructi quātū requirebat doctrina fidei: non autē quātū ad oia q̄ p scientiā acq̄sitā cognoscunt: puta de ꝓclusionibus arismetrice vel geometrie. Ad scōm argumentū rñdetur q; q̄uis vtrūq; fieri potuisset scz q; p vnā linguā apli loquētes ab oīb⁹ intelligerent: aut q; oībus ipi loquerent: tñ ꝓuenientius fuit q; ipi oībus linguis loquerēt: qz hoc ptinebat ad p̄fectionē sciētie ipoz p quā intelligere nō sc lū loq̄: sed intelligere possent ea que ab alijs dicebant. Si autē oēs vnā eoz linguā

intellexissent: ꝟ vel fuisset p scientiã illoꝝ q̃ eos intelligerẽt: vel fuisset q̃si q̃dam illusio dũ aliorũ ꝟba aliter ad aliorꝝ aures pferẽt q̃ ipi ea p ferrent. Et ideo glo. Actl. ij. ca. dicit q̃ maiori miraculo factũ ẽ q̃ apli oiuz linguaꝝ generib⁹ loquerent. Et ꝑaul⁹ dicit p̃me ad Corl. xiij. ca. Gratias ago deo q̃ oim vestrũ linguas loquor Ad tertiũ dicẽdũ q̃ xps in ppria psona vni soli genti p̃dicatur⁹ erat. s. iudeis. Et ideo q̃z uis ipe sine dubio pfectissime haberet scientiã oim linguaꝝ: nõ tñ oportuit q̃ oib⁹ linguis loqueret. Et vt refert Aug⁹ sup Johez. Cum et mõ spũssanct⁹ accipiat nemo loq̃t linguis oim gentiũ. q̃ iã ipa ecclia linguis oim gentiũ loq̃tur: in q̃ q̃ nõ ẽ nõ accipit spm̃sanctũ. ¶ Tertiũ q̃ inuestigandũ ẽ de p̃dicatiõe Thome: q̃ effi catia ꝟbũ dei seminauerit. Et ꝛ fructuz attulerit sua p̃dicatio copiosũ in oibus puincijs ⁊ regnis supius notatis. Tñ q̃d in india fecerit audiam⁹. ꝑuenit nãq̃ ad ciuitatẽ quandã in q̃ rex filie sue nuptias celebrabat. Cũ ꝟo ex aspectu: ex gestu ⁊ vultu agnosceret vir ḡuis integer ⁊ deo deuot⁹ a rege ꝛ infideli reḡrit vt spõsum ⁊ spõsam bñdicat q̃ ap̃lus adimpleuit dicens. Ba dñe adoleſcẽtulis his benedictionẽ tue dextre: ⁊ i eoꝝ mentib⁹ semina semen vite. Abeunte ap̃lo: in manu iuuenis ẽ repert⁹ ram⁹ dactilis plen⁹ de q̃bus spõsus ⁊ spõsa dulciter comederũt: statimq̃ dormierũt ⁊ somniũ similiter habuerũt: videbat etenim eis q̃ rex gemmat⁹ eos amplecteret ⁊ diceret. Ap̃ls me⁹ bñdixit vos vt eterne vite pticipes sitis Euigilãtibus ⁊ mutuo sibi somniũ reuelãtib⁹: ap̃ls ad eos ingredit dicẽs eis. Rex me⁹ mõ vob apparuit ⁊ me clausis ianuis huc adduxit vt super vos bñdictio mea fructificet: habeatis carnis itegritatẽ q̃ ẽ oim regina ꝟtutũ ⁊ fruct⁹ salutis ꝑpetue: ꝟginitas sozoꝝ ẽ angeloꝝ possessio bonoꝝ: victoria libidinum: fidei triũphus: expugnatio demonũ: eternoꝝ gaudiorũ acq̃sitio ꝟ ⁊ sitia illo refer ẽte duo angeli apparuerũt dicẽtes eis. Nos sum⁹ angeli vobis ad custodiã deputati. Si ap̃li monita ꝟuaueritis offerem⁹ deo oia vota vestra. Eos igit ap̃ls baptizauit ⁊ de fide diligẽter eos docuit. ꝑostmodũ ꝟo sponsa noie pelagia sacro velamine ꝓsecrata martyriũ passa ẽ. Et spõsus noie Dionysius illi ciuitati in epm ordinatus deinde cũ Thomas indiam circũiret: multos sanauit debiles ⁊ infirmos: multosq̃ ꝙuertit ad dñm. Et vna die ad p̃dicationẽ eius baptizati sũt nouẽ milia virorum exceptis mulieribus ⁊ paruulis.

Qualit̃ beat⁹ ap̃ls Thomas gl̃ioso martyrio vitã ꝓ̃mauit. Ca. xli

Tertiũ ꝑconium

beati Thome ꝺr passio Non recusauit pati ꝑ xp̃o q̃ cunq̃ dura ⁊ exq̃sita supplicia. Nam iratus ꝛ eũ rex indie ex eo q̃ vxorẽ ei⁹ ⁊ ꝓxorẽ carisij cognati sui ꝙuertit ad fidẽ: iussit afferri ardẽtes lamias ferreas ⁊ apostolũ stare nudis pedib⁹ sup eas: ꝟ nutu dei ꝑtinus ibi fons erupit: ⁊ eas extinxit. Tunc rex eũ in fornacẽ ardẽtẽ misit q̃ sic refrigerata ẽ vt die altera san⁹ inde exierit ⁊ illesus. Deductus tãdẽ ẽ vt sacrificaret idolo. Flectens aũt genua dixit. Ego adoro: ꝟ nõ idolũ. Ecce adoro ꝟ nõ metallũ. Adoro aũt dñz meũ ihm̃ xp̃m: in cuꝰ noie p̃cipio tibi demon q̃ in eo latitas vt statim quasi cera liquefactũ ẽ. Tunc oẽs sacerdotes mugitũ dederunt. ꝑotifex aũt tẽpli eleuans gladiũ ap̃lm trãsuerberauit. Alij ꝟo lanceis illũ trãsfixerũt. Ꝛpiani aũt corꝑ eius tulerũ ⁊ honorifice sepelierũt. Anno tñ dñi. ccxxx. corꝑ illud in Edessam ciuitatẽ trãslatũ est Alexandro impatore ad Siriorũ ꝑces hoc faciẽte. In illa aũt ciuitate nullus heretic⁹: null⁹ iudeus: nullus pagan⁹ pot viuere: nec tyrannus aliqs ibi nocere. ꝑostq̃ Agabarus rex illi⁹ ciuitatis ep̃las manu saluatoris scriptas accipe meruit: nã si q̃n gens aliq ꝛ ciuitatẽ illã insurrexerit infans baptizat⁹ super portã ciuitatis stans ep̃lam illam legit ⁊ eo die tã saluatoris scriptura q̃z ap̃li Thome meritis hostes aut fugiunt aut placant. Verũm q̃uis lõgo tpe durauerit nuhilomin⁹ postea ciuitas illa capta fuit a Sarracenis ⁊ ꝓphanata sublato bñficio ꝓpter abundãtiã pctoꝝ. Igit sicut fuit vnus ex duodecim Thomas in hac pegrinatiõe: ita ⁊ nũc ẽ vn⁹ ex illis sedẽs super sedẽ i gl̃ia regni celoꝝ quẽ depcemur vt sua interuẽtione nos xp̃o cõmẽdet. Qui ẽ bñdict⁹ et laudabilis ꝑ infinita secula seculoꝝ. Amen.

Sermo. xxxix. de sancto Jacobo dicto iusto et minore filio Alphei et fratre dñi nr̃i ihu xp̃i.

In mẽoria eter-

na erit iustus. Verba sũt Dauid in psalmo. cxj. Dis gl̃ia hoiuz iniquorũ cito extinguit et euanescit velut fum⁹: de q̃bus in ps̃ ꝺr. perijt memoria eoꝝ cũ sonitu Justi aũt vt scribit Sapie. v. ca. in ꝑpetuũ viuẽt: ⁊ apud dñm ẽ merces illoꝝ. Nã peracto breui cursu hui⁹ labilis vite p̃miũ suscipiũt eẽne beatitudinis in qua omni malo semoto bonũ oĩe reperit. ꝑopterea dauid in ps̃. xxxvj. dicit. Justi hereditabũt terrã. s. viuẽtiũ. ⁊ inhabita

bunt i seculū seculi sup eā. Hinc beat⁹ Jacob⁹ Alphei fili⁹ iusticie se totū accomodauit. Qui ꝓpterea nō solū exaltat⁹ ē in regno celoꝝ: veꝝ etiam in ecclesia militāte a cūctis fidelibus deuotissime honorat. Cum vero hodierna die imineat festiuitas ꝯcolendissima equū ē vt eius laudibus insistamus: de quo apꝛopꝛiate dicunt verba ꝓposita: i q̄bus d̄ iusticia illius tria mysteria occurrunt contemplanda.

Primū d̄ originationis.
Scd̄m determinationis.
Tertium cōsūmationis.

Qualit̄ beat⁹ Jacob⁹ fuit in iusticia ⁊ sanctitate singularis: tū ꝓpter iclinationē: tū ꝓpter exēplū xpi: tū ꝓpt sanctificationē in vtero. Ca. I.

PRimum mysteriū ꝓtēplanduꝫ de iusticia beati Jacobi d̄ originatiōis. In q̄ videndū ē vñ originē habuit iusticia scti Jacobi. Et sumitur iusticia large ꝓ virtute vel sanctitate Et ad hoc dicimus q̄ tria fuerunt q̄si principia radicalia iusticie vel sanctitatis eius.

Primū fuit naturalis inclinatio.
Scd̄m exemplaris speculatio.
Tertium specialis sanctificatio.

¶ Primū radicale p̄ncipiū iusticie ⁊ sanctitatis beati Jacobi d̄ naturalis inclinatio iclinabat q̄pe ipm ad ꝟtutes ipa natura. ꝟ vt id melius declaret. Querunt plerīq; vtꝝ ꝟtutes insint homini ab ipa natura. Et loq̄mur de ꝟtutibus moꝛalib⁹ ⁊ acq̄sitis non aūt de infusis ⁊ theologicis. Et q̄ sint a natura ꝓbari p̄t ex dictis sanctoꝝ ⁊ philosophoꝝ. Inquit enī Bernardus: nullū vitiū naturale ē: ois autē ꝟtus naturalis est. Et Damascen⁹ in. iij. naturales sūt in nob ꝟtutes ⁊ eq̄liter insūt omnibus. Et Aug⁹ in. iij. de libero arbi. oīe vitiū eo ipo q̄ vitiū ē ꝓtra naturā ē. Et Tho. p̄ma. ij. q. lxiij. arguit sic. Illud d̄ nobis ē naturale q̄d inest nob a natiuitate. ꝟ ꝟtutes q̄busdam insunt a natiuitate. d̄ enī Job. xxxj. ca. Ab infantia creuit mecū miseratio ⁊ de vtero egressa ē mecum Igit̄ ꝟtus inest homini ab ipa natura. Et Giraldus oddonis sup. ij. ethicoꝝ arguit ꝫ mō. Natura nō deficit i necessarijs vt docet ꝓbus. ꝟ ꝟtutes sūt homini necessarie quia sine ipis nō p̄t assequi suū finē. Vnde inq̄t Macrobi⁹ de somno scipionis faciūt virtutes beatuꝫ. Et Sene. ad Lucillū sola ꝟtus ad beatā vitā efficax ē. Et Aristo. in. vij. politice. felicitateꝫ sine ꝟtute impossibile est existere. q̄ natura ꝓuidit homini de ꝟtutib⁹: ꝓtrariū ad hec videt ꝓbari posse: Nā Seneca ad Lucillū ait: nō dat nātura ꝟtutē ars ē bonū fieri. Et Aristo. ij. ethi. boni vel mali natura nō sum⁹. Ad hec illud q̄d ē bonū a natura cōmune ē oib⁹ hoib⁹ ⁊ nō tollit̄ p pctīm: quia etiā in domonib⁹ bona nature manēt integra. ꝟ ꝟtus nō inest oīb⁹ hoibus ⁊ abijcitur p pctīm: ergo non ē a natura: insup ex his q̄ insunt a natura nec laudamur neq; vituperamur ꝫm Aristo. ij. ethicoꝝ. ꝫ ꝓpter ꝟtutes laudamur ꝓ q̄bus ꝟtuosis reddit̄ honoꝝ: ergo ꝟtutes nō sūt a natā: vt ois cesset ꝓplexitas audiēda ē rnsio Thome vbi supꝛa. et Ricar. de media villa in suo. iij. distin. xx. ꝟ circa sciētias ⁊ ꝟtutes triplex fuit opinio. ꝓma fuit platonicoꝝ q̄ ꝫm Dama. i tertio suo ca. xiij dicebāt sciētias ⁊ ꝟtutes eē totaliter ab intrinseco: ita q̄ ꝓexisterent in aia naturaliter. ꝫ ꝓ disciplinā ⁊ exercitiū impedimenta scie ⁊ ꝟtutis tollunt q̄ aduenīunt aie ex coꝛpis grauitate. sicut ferrū clarificat̄ ꝓ limationē. ꝟ ꝓtra hanc opinionē est ois philosophia tenēs cū Aristo. q̄ aia nr̄a a ꝓncipio: est sicut tabula rasa i qua nihil est depictū. Scda opinio fuit Auicē. qui dixit q̄ sciētie ⁊ ꝟtutes eēnt totaliter ab extrinseco scz ex influentia intelligentie agentis Sed hec opinio stare nō potest q̄n sic nullus ꝟtuosus esset laude dignus. Tertia opinio Aristotelis in. ij. ethicoꝝ quaz sequūtur theologi. q̄ ꝟtutes insunt hoi ab ipsa natura ꝫm aptitudinē nō ꝫm pfectionez. Vñ Giraldus oddonis vbi supꝛa ait. q̄ ꝟtus ē a natura sicut ab inchoatiuo: qꝛ illud q̄d se habet ad ꝟtutem in ratiōe causaꝝ p̄mo: dialiū ē inchoatiuū ꝟtutis. ꝟ nature aie sic se habet ad ꝟtutem in rōne materie pfectibilis ꝓ ꝟtutem. Itē in rōne ꝓncipalis forme inclinātis ad ꝟtutem tanq̄ ad sequelam sibi debitā: qꝛ natura aie naturaliter inclinatur ad felicitatē suā ꝓ ꝟtutem acq̄sibilē. Tertio se habet natura aie ad ꝟtutē in rōne cause efficiētis: qꝛ efficit illas opatiōes ex q̄bus generatur ꝟtus: qꝛ mediante ipa generant ꝟtutē. Quarto se habet in rōne cause finalis. qꝛ natura aie finis est ꝟtutl acq̄site Ex quo patz q̄ natura aie se hz ad ꝟtutem moꝛalē aliquo mō in rōne quadruplicis cause ⁊ ꝓ ꝓsequēs q̄ est eius inchoatiuū. Secūdo dicit Giraldus q̄ ꝟtus est a doctrina tanq̄ ab excitatiuo et ꝓuocatiuo: qꝛ oē ostensiuū homini q̄d ꝓuenit ex virtute et mali ꝓuenientis ex vitio ⁊ iuris: ⁊ debiti: ⁊ naturalis legis q̄bus te necessariū est vitiū euitare ⁊ sequi ꝟtutē est excitatiuū ⁊ ꝓuocatiuū hois ad virtutem: hoc ꝟo ꝫm Aristo. j. ethi. facit moralis doctrina. Tertio sicut ꝟtus est a natura tāq̄ ab inchoatiuo animi doctrina tanq̄ ob excitatiuo ita ē a cōsuetudine tāq̄ a pfectiuo: ⁊ sic

soluunt obiecta. Ad illud ꝙo qđ inducebat ꝺ natura q̄ non deficit in necessarijs dicēdū ꝙ nō sequit ex hoc ꝙ debeat dare ꝯtutē necessariam ꝫ sufficit ꝙ dedit oīa necessaria ad ꝯtutē acq̄rē dam: sicut nō dat panē necessariū hūane vite ꝫ dat oīa necessaria ad panē acquirēdū: ꝫ ꝓpter dicta posset aliq̄s dubitare si ꝯt⁹ est a nat̄a ſm aptitudinē ⁊ dispositionem siue inchoationē: vñ ē ꝙ i plurib⁹ hoies currūt ad maluz. vñ. xij q. j. c. j. ꝺr. ois etas ꝓna ē ad malū ab adolescē tia. Insup nec oēs ꝯtuosi inclinant eq̄liter ad singulas ꝯtutes: ꝓ quibus dicit Aristo. j. ethico. multis q̄dez delectabilia aduersant ad inuicē: qz nō naturalia sūt. Et Terētius quot hoies tot sniē suus cuiq̄ mos: et Horatius in eplis deniq̄ nō oēs eadē imitant amantq̄. Et Ouidi⁹ in li. de arte amādi. ꝓtorib⁹ mores tot sūt q̄t in vrbe figure. Et ꝓersi⁹. Quille ho minū species ⁊ rez discolor vsus Velle suū cui q̄ ē nec voto viuit vno. Et Cicero i li. de fato In naturis hoim dissimilitudines sūt Igit ex tāta diuersitate ⁊ ineq̄litate videtur ꝙ ꝯtutes non sint a natura qm̄ si sic esset oēs ad illas eq̄li ter inclinarēt. Ad ꝫ ita pulchre Rñdet Tho. vbi supra. Q. aliq̄d ꝺr hoi naturale dupliciter. ꝓrimo ex natura speciei. Scđo ex natura indi uidui. Illud em̄ qđ ꝓuenit ei ſm aiam rōnalez ē ei naturale ſm naturaz speciei eo ꝙ vnūqđq̄ habet speciē ſm suā formā. Forma ꝯo hois ē aia rōnalis. Illō aūt qđ ꝓuenit homini ſm de terminatā corpis cōplexionē ē ei naturale ſm naturā indiuidui Indiuiduat nāq̄ vnūqđq̄ ſm materiā lz ergo q̄tum ad naturā indiuidui ex dispositiōe corpis aliqui sint dispositi vt me lius vel peius ad q̄sdam ꝯtutes. Vñ vnus hz maiorē aptitudinē ad scientiā: alius ad fortitu dinē: alius ad tēperantiā ⁊ hmōi: tn̄ q̄tum ad naturā speciei oēs ad ꝯtutes eq̄liter inclinant inquātū in volūtate est q̄dā apetitus natura lis boni qđ est ſm rōnem. Sic ergo beatissim⁹ Jacob⁹ rōne p̄ditus a natura ipa cōmouebat vt vitam eligeret ꝯtuosam. Scđm radicale ꝓn cipium iusticie ⁊ sanctitatis beati Jacobi fuit exemplaris speculatio: habuit q̄dē ante oc̄los exemplū saluatoris nr̄i ihu xp̄i q̄ ꝺ se ipo dixit Joh. viij. ca. Ego sum lux mūdi qui sequit me nō ambulat in tenebris. Fuit em̄ Jacobus iste vn⁹ ex duodecim aplis ipius ihu xp̄i vt patet Mat. x. ca. dict⁹ ꝯo fuit Jacob⁹ minor ad dif ferētiā Jacobi zebedei q̄ lz natus posterior: sit Jacobo alphei: tn̄ vocatiōe fuit prior: videtur em̄ illa prioritas tpis quandaz secū trahere di gnitatē. Ob id pontifices maximi cū de p̄dica torz ⁊ minorz ordinib⁹ insimul mentionem aliq̄ā faciunt sp̄ p̄dicatorz ordinē ꝓponūt. qz vt dicit glo. i ca. Quia ex eo. de pactis. li. vj. ordo p̄dicatorz ꝓus fuit ab eccl̄ia aprobat⁹ q̄ ordo minorz. Et sic i textu sepius inuenim⁹ ꝓpositū p̄dicatorū ordinē siue p̄dicatores vt ptz in ca. quorundā. de electiōe. li. vj. Ubi ꝓponunt in lr̄a p̄dicatores minorib⁹ et minores heremita nis. Idē habet in ca. cū ex eo: de excessib⁹ pla. ⁊ de pulegijs in ca. in his. Et in clemētina du dū. de sepulturis. Ad Jacobū iā redeūdo dici mus eū minorē vocatū nō qz minoris sanctita tis extiterit q̄ alter Jacob⁹ q̄ in sanctitate vtri debit aplis ceteris ē ꝓponēdus Nā vt plerisq̄ dicūt frater dñi noiatur ꝓpter ꝓrogatiuā ⁊ ex cellentiā sanctitatis ob quā ꝓ ceteris aplis hie rosolymis ē eps ordinat⁹ vt scribit. lxvj. di. in ca. porro. Verūtn̄ sunt ⁊ alie cause ꝓter istā q̄ bus ipe dñi frater ē nuncupatus siue qz ex soro re ꝯginis erat nat⁹: siue qz xp̄o similim⁹ esse ꝓ hibebat. Ob qđ iudei capere volentes xp̄m si gnū petierūt a iuda vt oscularet eum ne decepti iacobū cepissent. Ꝫ etiā testat Ignacius i epla ad Johēz euāgelistā sic dicēs. Si licitū ē mihi apud te ad hierosolyme ptes volo ascēdere vt videā illū venerabilez Jacobū q̄ cognominat iust⁹ quē referūt xp̄o ibu similimū facie vita ⁊ mō ꝙuersationis ac si eiusdem vteri. frater esset geminus. Quē dicūt si videro: videro ⁊ ipsum xp̄m ſm oīa corpis liniamenta. ¶ Tertiū radicale priuilegiū iusticie beati iacobi ꝺr spe cialis sāctificatio: vt em̄ colligit ex dictis Hie ronymi in lib. de viris illustribus et egesippi q̄ fuit apl̄oz contemporaneus fuit beat⁹ Jacob⁹ in vtero mr̄is sanctificatus. Ex qua sanctifica tione consecut⁹ est mundationem ab originali culpa debilitationē fomit⁊ ⁊ pseruationē a pec cato mortali. Et lz dicat ꝙ in morte xp̄i oēs apostoli peccauerunt. Forte ab ista generalita te Jacob⁹ excipit. Nam videt ꝙ fidez resurrec tionis xp̄i nunq̄ ammiserit. Inqt em̄ Hiero⁹ in li. de viris illustribus. Q. votum vouit se nō comesturū donec videret dñm a mortuis surre xisse. Ipa aūt die resurrectiōis apparuit ei dñs aceis q̄ erāt cum eo ⁊ dixit ponite mensaz ⁊ pa nem: deinde panem accipiēs benedixit ⁊ dedit Jacobo dicēs: surge frater mi comede: qz filius hois a mortuis resurrexit. Et hoc est quod asse rit paulus. p̄me ad Cor. xv. ca. deinde visus ē Jacobo. Concurrerunt ita in illo oīa tria p̄dicta ꝓpter q̄ iuste sancte mūdissimeq̄ viuere in uentus est. Cuius sanctitatē admirabilē explicabim⁹ in sequēti mysterio.

Qualit beat⁹ Jacob⁹ fuit virgo pu rissim⁹ q̄ carnē suā mortificauit ⁊ ora tioni assiduus fuit. Caplm. II.

Secũdũ mysteri-
um ꝓtemplãdũ de iusticia beati Ja
cobi ꝺr determinationis. vbi deter-
minãdũ ē in q̃ ꝑcipue ipe iustus ⁊ sanctus fuit
existimat⁹. Et dicim⁹ q̃ singulariter in tribus
¶Primo in ỽginitatis obseruatione.
Scõo in carnis mortificatione.
Tertio in orationis exercitatione.
¶Primo q̃dē in ỽginitatis obseruatiõe vt ait
Hiero⁹ in libro de viris illustrib⁹. Jacobus in
ꝑpetua ỽginitate pmansit. In hoc sequẽs re-
dẽptorẽ mũdi q̃ ỽgo de ỽgine nasci dignat⁹ ē
Nec audiẽdi sunt illi q̃ ỽginitati detrahũt asse
rentes illã aut nulli⁹ aut parui fore pmij: qm̃ vt
Hiero⁹ inqt in epla ad filiã Gauritij de cõme
datione ỽginitatis. Quisq̃s pudicitiã aut nul
lius pmij aut pui fore existimat: certũ ẽ illũ aut
ignorare aut non voluntariũ ei⁹ ferre laborem.
Quisnã nõ cõsideret: ideo de ỽgine natũ xp̃m
vt ỽginitatis amplitudinẽ sic mortalib⁹ osten-
taret. Hic Hiero⁹ ad filiã Gauritij vbi supra
ait. Ut illustrius ỽginitatis merituz clareat et
q̃digna sit deo manifestius possit intelligi illõ
recogitet q̃ dñs ⁊ saluator nr̃: cũ ꝑpter huma
ni generis salutẽ hoiez dignaret accipe nõ aliũ
q̃ ỽginalẽ elegit vterũ: ỽginẽ habuit matrez:
ỽgo mãsurus: in se viris: ⁊ in mre femineis: vir
ginitatis ꝑbuit exemplum. hec ille Sed de vir
ginitate ꝑconijs alio loco copiosius disserem⁹.
¶Scõo beatus Jacob⁹ iustus ⁊ sanct⁹ valde
visus ē in carnis mortificatiõe. Nã vt Hiero⁹
refert li. de viris illustrib⁹. Vinũ ⁊ sicerã nõ bi
bit: carnes nũq̃ comedit. ferz in ceput ei⁹ non
ascẽdit. oleo non est vnctus: balneo nõ ē vsus
Ex q̃bus ỽbis apparet ipm in cũctis curã co-
poris neglexisse. Faciebat q̃dem hoc ne leui sal
tem maculare vitã famine posset ¶Peccata nan
q̃ venialia ⁊ si charitatẽ nõ extinguãt illius tñ
feruorẽ diminuũt. Jõo ⁊ sancti viri adhuc i gra
cõfirmati euitare illa totis viribus studuerũt.
Et vt inqt Tho. scõa scõe. q. xliij. ar. vij. ad vl-
timũ argumẽtũ. Quis ꝑ pctm̃ veniale gra nõ
tollat per quã est hoi salus: inq̃tuz tñ veniale
disponit ad mortale: vergit i detrimentuz salu-
tis. Hui⁹ rei gra: querit a multis an pctm̃ veni
ale sit cõmittendũ vt ꝓmo subueniat ne mor
tale incurrat. Et vt refert Tho. q̃dam dixerũt
q̃ sic. Sed ꝟ implicat cõtradictoria. Si em̃ cõ
mittendũ est ia nõ ē malũ neq̃ pctm̃. Nã pctm̃
etiam veniale nõ põt esse eligibile. Cõtingit tñ
aliq̃d ꝑpter aliquã circũstantiã nõ eẽ pctm̃ ve
niale: qõ illa circũstãtia sublata: pctm̃ veniale
esset. Sicut ỽbum iocosum ē pctm̃ veniale: qñ
absq̃ vtilitate ꝺr. Si aũt ex causa rõnabili ꝑfe
ratur non est ociosũ neq̃ pctm̃. Quare si pctm̃
veniale remaneret pctm̃ nõ deberet fieri vt ꝓxi
mus liberaret a pctõ mortali: diximus ista vt
exẽplo beati Jacobi vnusq̃sq̃ q̃tuz põt conet
cũ dei adiutorio venialia pcta effugere ac decli
nare. ¶Tertio beat⁹ Jacob⁹ iustus ⁊ sanctus
ab oibus ꝓbatus est ꝑpter orõnis frequẽtati
onẽ. Ut em̃ tradit Hiero⁹ li. de viris illustrib⁹
Totiẽs in oratiõe genua flectebat vt calos i ge
nibus sicut calcaneis videret hre. Ob nimiaz
aũt sanctitatẽ suã sol⁹ inter apl̃os ꝓmittebatur
in sctã sctõz intrare: nõ q̃dez imolatiõis causa
ꝟ orationis. Tãte etiã reuerẽtie in populo exti-
tit vt fimbriã vestimenti ei⁹ certatim tãgere cu
perẽt. Hic prim⁹ inter apl̃os missam celebrauit
Hierosolymis. Vñ de ꝓse. di. j. ca. Jacob⁹. ita
ꝺr. Jacobus frater dñi cui primũ credita ē hie
rosolymitana ecclesia: tradidit nobis misse ce-
lebrationẽ. i. ordinez celebrãdi misse. Q̃ non ē
intelligendũ de oibus misse solẽnitatibus ⁊ or-
dinationibus: sed de aliquibus. Qm̃ vt scribit
Hugo li. ij. de sacramentis. Introituz in missa
posuit Celestin⁹. Gloria in excelsis deo. decre
uit cõciliũ: vt ponit de cõse. di. j. ca. ꝟ hymnis.
Dñs vobiscum. ꝺr ex antiquissimo vsu. Collec
tas ordinauit Greg⁹ ⁊ pr̃ nr̃ Grego. ⁊ sic a di-
uersis vident diuersa ⁊ multa addita.

Qualiter beat⁹ Jacob⁹ ꝑpter veritatem quaz ꝑdicabat martyrio coronatus est. Cap'm. iij.

Tertiũ mysteriũ
ꝓtẽplandũ de iusticia beati Jacobi
ꝺr ꝓsũmationis. Consũmata quip-
pe fuit dum violentaz mortem ꝑxꝑo non hor-
ruit: de qua consideremus tria. videlicet.
¶Causam.
¶Penam.
¶Vindictam.
¶Primo ꝓsiderem⁹ de morte Jacobi violẽta
causã Et ꝟ fuit libera atq̃ publica ꝑdicatio ve
ritatis. Hec ẽ nãq̃ illa ỽritas quã de⁹ in nob di
ligit: qz ipe veritas ẽ. ad Roma. iij. ca. Est aũt
de⁹ verax. De hac inqt Esa. xxxiij. ca. Qui lo-
quit veritatem in excelsis habitat. Et sapiens
Sapie. iiij. ca. Non ꝓtradicas ỽbo ỽritatis vl
lo mõ. Hec ẽ q̃ ꝓsuetudini iure ꝓponit. de qua
Aug⁹ di. viij. ca. veritate. ait. Cedat ꝓsuetudo
veritati. Et eadẽ di. ca. Si ꝓsuetudinẽ: subdit
vsus q̃ veritati ẽ ꝓtrari⁹ abolẽdus ẽ. Idẽ con
firmat in ca. q̃ ꝓcepta. ⁊ in ca. ꝓsuetudo. Hec ẽ
quã Zorobabel tã amplissime cõmendauit co-
ram Dario persaꝝ rege. Nã vt colligit ex. iij.
lib. Hesdre ca. iij. dum proposita fuisset coram

Dario q̃stio. Quid de trib⁹ fortiꝰ videret. Rege vino ⁊ muliere. Unꝰ rñdit q̃ rex: q̃ cuꝫ hõ ꝑsit ceteris aiantib⁹: rex ꝑest hoi ⁊ ad nutũ eiꝰ oia disponũt. Quidã aliꝰ ꝓtulit vinũ eo q̃ vinũ ai fortitudinẽ supat. Zorobabel vo mulierẽ vtroq̃ fortiorẽ asseruit. Nã regib⁹ ⁊ his q̃ vi tem plãtant mulieres dñant Et p mulieribus hoies cuiuscũq̃ statꝰ aias ponere nõ formidãt Sup h autẽ oia vitatẽ dixit eẽ fortiorẽ: quam ois ẽra inuocat: ⁊ celũ bñdicit: ⁊ manet ineternũ ꝓpter hãc aũt veritatẽ ꝓferẽdã hortatꝰ ẽ xp̃s discipulos: vt mori non ꝓtimescerent: dixit eĩ Mat. x. ca. Nolite timere eos qui occidũt corpꝰ: aiaz aũt nõ ꝑsit occidere. Uz ve nobis: nos sumꝰ in q̃s fines seculoꝝ deuenerunt. Ab oib⁹ ꝓ maiori pte veritas cõculcat. Cũcta mẽdaciis: dolo: fraude: deceptiõib⁹: ⁊ falsitatibus fedata cernũt. vbiq̃ adulatiões: iusticiã ⁊ veritatẽ deĩciũt. Nõ ẽ h doctrina phoꝝ In q̃t Aristo. iiij. Topicoꝝ. ⁊ iiij. Ethic. ꝓ se mẽdaciũ ꝓuũ ⁊ fugiẽdũ ẽ: vez aũt ⁊ bonũ ⁊ laudabile ẽ. Uz mũdi redẽptor veritatem nos excolere docuit. q̃ ipe ẽ veritas et vita. Hinc et beatꝰ Jacob⁹ illã suo sanguine defendere non recusauit. dũ eĩ vt Egisippus refert. Judei requisiuissent eũ vt ꝑ xp̃m ꝓdicaret i die solenni pasce. ascẽdẽs supra pinnaculũ tẽpli voce magna rñdit Quid me iterrogatis de filio homis Ecce ipe sedet i celis a dextris sũme vtutis: vivos ⁊ mortuos iudicare ventur⁹. Que vba et sllia iudeos i tãtũ leserũt: vt exclamantes dicerent. O o ⁊ iustus errauit: interficiamus eum. ¶ Scdo ꝑsiderem⁹ de morte iacobi penã. Sta tim q̃dẽ ascẽdẽtes iudei ꝑcipitauerũt eũ: deinde lapidauerũt. Ipe vo sup genua ꝓcũbẽs dicebat. Rogo dñe dimitte eis: q̃ nesciunt q̃d faciunt. Quidã vo sacerdos exclamauit parcite q̃so q̃d facitis: ꝓ nob h orat: iustus: quem lapidatis. Tũc vnꝰ particã fullonis arripiẽs validoꝰ ictu caput eius impetũt ⁊ cerebrũ excussit. Taliq̃ martyrio migrauit ad dñz. Anno trigesimo eẽatꝰ eiꝰ. Sepultusq̃ ẽ ibidẽ ꝓpe tẽpluz Cũ aũt popul⁹ morte eius vindicare ⁊ malefactores capere ac punire vellet ꝓtinꝰ aufugerunt ¶ Tertio ꝑsiderem⁹ ꝺ morte Jacobi vindictã Nã iudei ⁊ ꝓpter h pctũ ⁊ ꝓncipalꝰ: q̃ xp̃m occiderũt diuina vltione pcussi fuerũt: quoꝝ desolationẽ ac destructionẽ ciuitatis narrauimus i tractatu ꝺ timore iudicioꝝ dei. Nũc vo sufficit intellexisse q̃tũ beatꝰ Jacobꝰ deo celi fuerit gratꝰ quẽ in h seculo tot vtutibus pollere fecit i futuro eterno bona donauit. Ad q̃s nos ꝓducat clemẽtia xp̃i. Qui est bñdictꝰ ⁊ laudabilis in secula seculoꝝ. Amen.

Sermo .xl. de laudibꝰ fidei xp̃iane: q̃ verissima ꝓbat extra quã nullꝰ cõsequi põt eternã salutẽ. In festo sctõrũ ℙhilippi ⁊ Jacobi recitãdus.

IN me credite.

Verba sũt redẽptoris nri. Joh. xiij. ca. q̃ i cuãgelio põtis solennitatis: decepti pleriq̃ a suo debili paruissimoq̃ ingenio nolũt acceptare illa q̃ de nob sua benignitate reuelauit. Reputant q̃pe stultũ foze ac sat⁹ leue si credãt pure ⁊ simpliciter altissima fidei xp̃iane mysteria Cõtra q̃s loquit scptura ostẽdẽs q̃ sit laudabile quãq̃ vtile ⁊ meritoriũ credere diuinis absq̃ inq̃sitione curiosa vel ꝺdictione. Scribit nãq̃ Gen. xv. ca. Credidit abzaã deo ⁊ reputatũ ẽ ei ad iusticiã. Et. ij. ℙaral. xx. ca. Credite i dño deo vro ⁊ securi eritis. Et Ecci. ij. ca. Qui timet⁹ deuz credite illi ⁊ non euacuabit merces vra. Et ad Roma. x. ca. Corde eĩ creditꝰ ad iusticiaz. Et Marci vlt⁹. ca. Qui crediderit ⁊ baptizat⁹ fuerit salu⁹ erit. q̃ vo nõ crediderit ꝺdẽnabit. Et Joh. j. ca. Dedit eis ptãtem filios dei fieri his q̃ credunt in noie eiꝰ. Et. iij. ca. Sic deꝰ dilexit mũdũ vt filiũ suũ vnigenitũ daret: vt ois q̃ credit i illũ nõ pereat ⁊ habeat vitã eternã. Et. vij ca. Qui credit i me sic dicit scptura flumina de vẽtre eiꝰ fluẽt aque viue Et. viij. ca. Si nõ crediderit⁹ moziemini i pctõ vro. Et. xj. ca. Qui credit i me etiã si mortuꝰ fuit viuet. Et. xx. ca. Beati q̃ nõ viderũt ⁊ crediderunt. Et vlt⁹. ca. Credẽtes vitã habeatis i noie eiꝰ. Et Luce. ij. ca. Elisabeth a spũsãcto mota dixit imaculate vgini. Beata q̃ credidisti Et lz ista sufficerent ad extinguẽdã neq̃ciã hoim elatoꝝ. veritatẽ ostẽdem⁹ in pñti ꝓmone fidei nre clarissimã veritatẽ. Hanc ꝓdicauerũt philipus ⁊ iacobus apli q̃ ceteri. hãc didicerunt a xp̃o: hãc deniq̃ ꝓpzio sanguine defenderũt Neq̃ dari pot alia fides ꝑ istam in qua sperari posset eterna salus. Una inquit textus in ca. firmiter. de sum. trini. ⁊ fi. ca. est fidelium vniuersalis ecclesia extra quaz nullus oino saluat. Et apls ad Eph. v. ca. ait. Unus deꝰ vna fides q̃ scz credit xp̃m deũ ⁊ hoiem de virgine natũ saluatorẽ mundi Q aũt ista fides verissima sit ⁊ indubitata probare possumus triplici rõne.

ℙrima ꝺ mundialis acceptationis.
Scda passionalis tollerationis.
Tertia diuinalis magnificationis.

Q fides xp̃i vera sit ostẽdit eo q̃ mũdus totꝰ illã acceptauit mediãte ꝓdicatione aploꝝ qõ fieri non potuisset absq̃ vtute dei ⁊ miraculis euidẽtib⁹

Capitulum.i.

Primarō qua ꝓbat q vera sit fides xp̄i oꝛ mūdialis acceptatiōis.

ſci de monte peſulano voluit adimplere: ſed eſt fratres timore patris ipm recipere nō auderēt votum ipm ibi publice iterauit. Et cū a Bonifacio papa p̄deceſſore ipius Jobis requireret q̄ aſſenſum p̄ſtaret puiſioni de ſe facte: eccleſie tholoſane: reſpōdit ſe hoc facturum nullatenus quo aduſq; votum qđ fecerat adimpleret. Cuius deuotioni annuēte pontifice habitū ordinis minoꝝ ſuſcepit in p̄ſentia generalis miniſtri: qui fuit poſtea Jobes epiſcopꝰ portuēſis. atq; flexis genibus fecit p̄feſſionē quo facto p uiſionē d̄ ſe factā eccleſie tholoſane acceptauit mādatiſq; apoſtolici obediuit: itaq; habitu ſācti frācisci veſtitus: pōtificalē dignitatem ſuſcepit. Quē habitum ſemp vſq; ad mortē detulit ꝑm tamē condecentiā ep̄alis gradis. Et in hoc minoꝝ ordinis excellentia demonſtrat: cuius habitū deferre non erubuerūt tot inſignes ⁊ celebratiſſimi viri: vt ſanctꝰ ludouicus d̄ quo loquimur. Et alij plurimi q̄ non ſunt omittendi. Nam vt habemus i cronicis ordinis. ferdinandus. Rex caſtillie dimiſſo regno nepoti ſuo intrauit hunc ſanctū ordinē mortuuſq; eſt frater minor ſepultus colibrie. Rex iacobus i regno arroganie mortuus eſt cuꝝ habitu fratrū minorum et ſepultus barchinone. In eodem regno rex alfonſus mortuus eſt cū habitu ⁊ ſepultus hilerde Fridericus rex inſule ſicilie mortuus ē cū habitu ⁊ ſepultus meſſane. Robertus rex ſicilie frater ſancti ludouici p tres dies ante mortem ſuſcepto habitu ⁊ facta p̄feſſione ſepultus eſt neapoli in ſancta clara. Beatus henricus rex cipri virgo puriſſimus factus frater minor obijt cum habitu ⁊ ſepultus eſt nicoſie. Tanta ꝺdem eſt xp̄ianoꝝ deuotio ad habitū beati frāciſci vt q̄ illum in vita non ferū: ſepenumero cupiāt habere in morte ⁊ ſepultura. Ob quā cauſam pōtifices ſūmi ſpūſancto edocti deuotionē hanc ampliare volentes ſpūalibus gratijs ſic deferētes habitū donare voluerūt. Nam vbanus quartus conceſſit remiſſionē quarte p̄tis peccatorū morientibus cuꝝ habitu fratrū minorū: bulle habent ianue ⁊ in mōte peſulano. Similiter ⁊ Nicolaus quartꝰ concedit remiſſionē quarte partis. Idem facit Clemens tertiꝰ bulle habent ianue: peruſij: mediolani: ⁊ venetijs dicta ſūt hec ad extollendā merito humilitatē habitus ordinis minoꝝ quem beatꝰ ludouicꝰ tanto ardore ac deuotione geſtauit. Secundo deprehendimꝰ q̄ ſublimis fuit ſanctitas beati ludouici ex ſpirituali exercitatione. vt eā teſtatur ſup̄a nominatꝰ Jobes. xxij. ſanctꝰ iſtei etate exiſtens tenera religioſiſſime educatus ē dū vero quartū decimū attigit annuꝝ: ductus fuit in cataloniaꝝ cum duobꝰ ſuis fratribus: datus obſes p̄ liberatione patris. vbi tam feruēter deuicauit ſe ſtudio q̄ infra ſeptēniū quo mibi obſes fuit ſub diſcipulis fratrū minoꝝ: quos ſecū habebat i ſocios in p̄mitiuis ſciētijs ⁊ ſacra pagina ſic p̄fecit q̄ vir dei pollens ingenio de p̄dictis ſcientijs non ſolū publice ac p̄uate ſubtiliter diſputare valeret ſed ſolēniter clero ⁊ populo p̄ponere verbū dei vt putaret hec ſciētia infuſa ſibi magis diuinit' q̄ humanitus acquiſita: orationi erat aſſidu' miſſas audiebat deuote. In magnis vo feſtiuitatib' cum p̄paratiōe mīra corpus ſūmebat dominicū. factus aūt ſacerdos diebus quaſi ſingulis celebrabat. audiente vbi dei inſiſtebat attente. Mira vo compaſſione ad pauperes ferebat: quibus largius tam p̄uatas q̄ publicas elemoſynas faciebat. vnde factus eps tholoſanus p vnū ſuū familiarem ſecretariū mandauit. q̄ de ſuoꝝ quātitate redditū quantū ſibi ſufficeret p moderatis expenſis retineret volens q̄ totū reſiduū in ſuſtentandis pauperib' poneret: q̄ q̄ p̄lat' tā magnus eſſet ac filius tanti regis Cum aūt iret pariſius pauperi quē quaſi nudū reperit multū compatiens: abſcondite capā cōtulit: quaꝝ portabat ſibi q̄ fecit ſecrete aliam apportari Erigintiquinq; pauperes in ſua domo reficiebat quotidie: quorū ip̄e aquam manibus infundebat aliaq; ſeruitia menſe miniſtrabat: viſitabat multotiens hoſpitalia pauperū ⁊ infirmis p̄mpto animo ſubueniebat: pontificatus officium exercebat cuꝝ diligentia miſſas dicēdo aſſidue ordines deuotiſſime celebrādo. Clericos q̄bus de beneficijs p̄uidere volebat examinando de articulis fidei: vita ⁊ moribꝰ diligenter iudicos ⁊ gentiles inducebat ſedulo ad baptiſmū ac q̄ſdam eoꝝ de ſacro fonte leuauit. Tertio deprehendimus quāta fuerit ſanctitas beati ludouici ex virginitatis dilectione floruit quippe virginitate puriſſima. d̄ qua Jobes. xxij. in bulla ſepius nominata ait. Caſtitatis amorꝝ a puero affecerat eius mētem adeo q̄ ob ip̄ius fidē cuſtodiam: mulierū conſortia vitabat omnino: intantū q̄ niſi forſan cum matre ⁊ ſororib': ſolus cuꝝ ſola: nullo vn q̄ tēpore loquebat: verba inhoneſta horrebat audire: ⁊ loquentes talia grauiter arguebat fratres nō minꝰ q̄ duo ⁊ interdū q̄tuor in ſua iacebāt camera in ſue teſtimoniū nitide puritatis. Cum ap'lo etiam paulo ſobrie cibi' ⁊ potꝰ corpꝰ ſuū caſtigabat aſſidue ſeꝝ frequēter manu ſua q̄q; autē alicuius cōſocij cathenis ferreis diſciplinans veſticndo p camiſia rudem ſtaminea ⁊ deferendo ad nudam carnem p cingulo cordam groſſam: ip̄aꝝ carnē in ſeruitutem ſpūs redigebat.

Qualiť ſanctꝰ Ludouicus migrauit iuuenis ex hac vita: quē Jobes. xxij canonizauit: q̄ et plurima eiꝰ miracula narrat. Capl'm. iij.

Tertius ſplēdor

t ſancti ludouici dicitur claritatl. voluit nanq̄ deus ipſum triplici claritate nitesc̄ere.

¶ Prima dicit felicis conſūmationis.

¶ Secūda eccleſiaſtice canonizationis.

¶ Tertia miraculoſe coruſcationis.

¶ Prima claritas dicit felicis cōſumatiōis. refert de ipō Johannes. xxij. hec ꝟba. glorioſus iſte ſanctus ad deū fontem viuū quē auide ſitierat migraturus infirmitate decūbens vltima deuotiſſime ſūpſit: dñicum corpꝰ q̄uis satl debilis de lecto exiens in occurſū dñi ſaluatoris: quo reuerenter ſuſcepto oſculataq̄ cruce in ſilētio diutius manſit. Tandē in eum diuinis cōpletl miniſterijs aia illa ſancta carne ſoluta in celum aſcendit: cuiꝰ facies poſt mortem pulchrior q̄z ante apparuit. Ipſūq̄ intuentibꝰ nō mortuus ſed dormiēs videbat. In ipſa aūt ſui trāſitus hora. Quidā frater minor deuotus officio predicatoris in orōne exiſtens i quodam loco remoto neſciens de obitu eius: vidit animā ipſiꝰ multitudine angelorꝫ in celuz deferri dicentiū. ſic fit ꝟuienti dō in mūditia ⁊ puritate. Fuit āt totius vite ſue curſus vigintitriū annorꝫ et ſex menſiū. Tranſiuit ex hoc mūdo in loco q̄ brundula dicit anno dñi. M̄. cc. lxxxix. quartodecimo kalēdas ſeptembris media nocte: feriesecunde infra octauā aſſumptiōis beate marie ꝟginis. Et ſepultꝰ in regia ciuitate marſilie in eccleſia fratrū minorꝫ. put ipſe iā dum viueret ordinauit. Propter hec oia ⁊ illa q̄ dicēda erunt audienda ſunt verba grauiſſima Jobis. xxij. Ait enim. laudet magnifice deus noſter cuius dextera huic epō contulit ſtellifer regium diadema. Applaudant ⁊ ipi celi ciues quorum cetibus ſanctꝰ iſte ſole ſplendidior eſt inſertus. Canant quoq̄ altiſone francie ſicilie ⁊ vngarie regna de quorum ortu cādoris niuei flos crupit. Quorū vitis germinat dulcem vuam cuius liquor celū letificans: abūde effundit in calice ſūmi regis Letet inſup ciuitas tholoſana tāto ditata p̄ſule: que apud deū aduocatū habet ſedulum ⁊ patronū. Sed ⁊ fratrū minorū ordo conſpicuus: noue laudis canticū promere non deſiſtat: in aula celeſti tam p̄clarum alūnum feſtine diuinis cōſpectibus repreſentans hec igitur

¶ Secūda claritas qua deus ſplēdere fecit beatum ludouicū dicit eccleſiaſtice canonizationis Jobes q̄dem ſecundus ipm cathalago ſanctorꝫ aſcripſit ꝟuatis oibus que requirūt in canonizatione ſanctorꝫ. Nā p̄deceſſores ſui. ſ. bonifacius octauꝰ cuius tpe beatꝰ ludouicus ex hac luce migrauit. Et bñdictus vndecimꝰ. Et clemens q̄ntus iterueniēte morte id cōplere nō valuerunt. ¶ Tertia claritas ꝺr miraculoſe coruſcatiōis nāq̄ vt p̄fatꝰ Jobes. xxij. aſſerit magnis miraculis deꝰ ſanctuz ludouicū poſt eius obitū clarū fecit. quorꝫ aliqua certis ꝓbata teſtimonijs ad declarandā huiꝰ ſancti gl̄iam ipſe narrat. q̄ etiā nos ꝺ loco duximꝰ inſerēda. Quedam duorꝫ annorꝫ puella duobꝰ menſibꝰ paſſa febres expirauit. facto ꝟo voto p patrē iſtius ſancto mox ſuſcitata ē ⁊ vbera matris ſuxit. Quidam puer q̄nq̄ annorū febribus extinctus. facto voto p patrē eius: ad vitaz redijt ſanꝰ ⁊ ablq̄ febribus. Quedā puella annorū ſeptem per dies aliquos febribꝰ cruciata tandē expirauit. facto ꝟo voto p ſuos ad dictū ſanctū: recuperauerit ſpiritū ⁊ reuixit. Quedā puella nobilis q̄ ex caſu ad terraz de nutricis brachijs p ſeptem annos paſſa fuerat ſurditatē ad iuocatione huius ſancti ad plenū exti̇tit liberata. Quidam q̄ poſt fortē febrem loquelā p menſem p̄diderat: ad ſepulcrū ſancti huius delatus illā recuperauit. Quedā mulier cū ex partu quodā violēto de puero mortuo ⁊ in eius vtero trāſiuerſato cōtracta in manibus ⁊ pedibus ac femoribꝰ bientnio p̄māſiſſet. facto voto ad iſtū ſāctū: q̄ ſi eam ſuis meritis adiuuaret. toto tpe vite ſue viſitaret eccleſiā vbi corpꝰ ſācti iacebat. ſubito cepit dormire. Et expergefacta reperit ſe ſanatam. Mulier q̄dā p octo annos morbo epilētico fatigata emiſſo voto q̄ ſingulis annis ſepulcrum ſācti viſitaret mox extitit liberata. Monialis q̄dā poſt lōgā febrē quā paſſa fuerat doloꝛē incurrerat in oibꝰ mēbris ſuis intātū q̄ diebꝰ duodecim nō niſi alieno adiutorio de lecto poterat ſe mouere. Inuocato ꝟo huiꝰ ſācti patrocinio ſana ⁊ incolumis ē effecta. Cū hō q̄daz q̄ miraculis huiꝰ ſācti detrahere nitebat euerſione faciei ⁊ oculorꝫ turpiter icurriſſet: ſicq̄ manēs p duos dies huic ſancto cū oi deuotiōe q̄ poterat ſe vouiſſet ad ſepulcrum eius veniens ⁊ oferens caput cere anteq̄ exiret eccleſiaz reperit ſe ſanatū. Hec inquit Jobes. xxij. ſunt mirabilia ſolius altiſſimi quibus ⁊ q̄ plurib' alijs mirificare voluit ſanctū ſuū ac toti mūdo reddere venerandum. Igitur ⁊ nos deprecemur illum vt ſua interuentione obtineamus dei gratiā et tandem gloriam ſempiternam. Amen.

Sermo. xlvij. de ſancto Thoma de aquino ordinis p̄dicatorum.

Dedit illi scientiaz sctõz. Scribunt hec verba originaliter Sapie. x. ca. Obligatur xpiana religio colere ac venerari deuotiõe pcipua sanctũ thomã de aq̃no q̃ sua eruditiõe mirabili singularissimaq; doctrina eccliaz dei magnopere decorauit. Nã tpibus nris null⁹ est adeo sapiẽs et doctus q̃ sancti thome psidio non indigeat: vt eñ in hoc ꝓmone clarius explicabimus de rebus tam humanis q̃ diuinis: tanta docuit: tantaq; scripsit. q; quilibet in q̃cunq; facultate peritissim⁹: sancti thome libros legendo doctior fieri possit. Qua de re scientia eius disserere equũ est ac rõnabile quã magl illi a deo infusã q̃ humanitus acquisitã pie pateri possum⁹: in q̃bus triplicẽ excellentiã scientie sãcti thome ꝓponimus extollendam.

Prima dicitur sublimitatis.
Scda vtilitatis.
Tertia sanctitatis.

Qualiter sanct⁹ thomas fuit doctor theologie. & de ipi⁹ theologie atq; scientie laudibus. ℭ Caplm. I.

Prima excellentia scientie sãcti thome dr sublimitatis. Naz doctor fuit sacre theologie que dignitate sua ꝓponitur cunctis sciẽtijs naturalib⁹ & moralib⁹. Sed ꝓ intelligẽtia pleniore huius partis: tria dubia sunt absoluẽda.

Primũ vtr theologia sit scientia.
Scõm vtr sit alijs scientijs dignior.
Tertiũ vtr scia i generali sũpta sit extimanda

ℭ Ad primuz dubiũ rñdet Tho. j. pte. q. j. Q theologia scientia est. Sed sciendũ q; duplex ẽ genus scientiaz. Quedaz eñ sũt q̃ ꝓcedunt ex ꝓncipijs notis: lumine naturalis itellectus. sic arismetrica: geometria: musica et hmõi. Quedam vo que ꝓcedunt ex ꝓncipijs notis lumie superioris scientie: sicut pspectiua ꝓcedit ex ꝓncipijs notificatl p geometriã. Et musica ex ꝓncipijs notis p arismetricã. Et hoc modo sacra doctrina est scientia: qr ꝓcedit ex ꝓncipijs notl lumine superioris scientie: que scz est dei & beatorũ. Unde sicut musica credit ꝓncipia tradita ab arismetrica: ita sacra doctrina credit principia reuelata a deo. Sz obiicere quis potest. q; theologia nõ sit sciẽtia. nam vt inquit Aristo. in ꝓnci. metaphisice. experiẽtia singulariũ est: ars vero vniuersaliũ: fit aũt ars cũ ex multl experimẽtl i intellectu vna fit de similib⁹ acceptio Sed doctrina theologie ꝓ magna parte non ẽ vniuersaliũ: ꝙ singulariũ. tractat enim de gestl abraam isaac & silibus: ergo non ẽ ars vel scientia. Ad ꝙ ita rñdet Alexãder de ales in. j. sũme Q vniuersale dr q̃ttuor modis. In ꝓdicãdo vt hõ. In exemplãdo vt forma sotularis ad multos sotulares. Et vita iob ad vitã multoz hominũ. In significãdo vt iacob ad significandũ iustũ q̃ ꝓtrahit cũ Rachele & lya qr exercet se i vita actiua & ꝓtemplatiua. In causando vt deus causa vniũsalis oiuz rez. Et xps cã vniũsalis reparatiõis hoiuz. ꝓm ꝙ ꝙ dicẽdũ. Q ẽ vniuersale in scriptura sacra hz eñ sñias generales vt ibi: initiũ sapientie timor dñi. hz sñias particulares. vt que ꝓponunt hystorice in q̃b⁹ q̃tũ ad sensum exteriorẽ ẽ vniuersale scdo modo dictum scz in exemplando. vt verbi gra. In litterali hystoria abrae & iob: qđ narratur est singulare. Sz adhuc i scriptura narrat vt exemplar sit vite & cõuersationis bonoruz. Hinc ad Roma. xv. ca. ait apostol⁹. Quecũq; scripta sũt ad nostram doctrinaz scripta sunt. q̃tum vero ad sensũ interiorẽ & spũalez est vniũsale tertio modo in particularib⁹ sententijs scz vtile in significando: quia est signum rei vniuersalis ad multa. Qtum vo ad vtrũq; sensum interiorẽ & exteriorem siue in sententijs particularib⁹ siue generalibus ꝓm q; fit reductio ad deum q̃ est causa vniuersalis conditionis rerũ: vel ad christũ qui ẽ vniuersalis causa reparationis. Vniuersale est quarto modo in causando. ꝓm ergo hũc moduz & distinctionẽ est dicere doctrinã sacrã esse rerũ vniuersaliũ. ℭ Secundũ dubiuz fuit vtrum theologia sit alijs scientijs dignior. Ad qđ respõdet Tho. vbi supra. q; sic. nã cum ista scientia q̃tum ad aliquid sit speculatiua & practica oñes alias trãscendit: tã speculatiuas q̃ practicas. Speculatiua; eñ scientia; vna altera dignior dr. tum ꝓpter certitudinẽ: tum ꝓpter dignitatẽ materie. Et q̃tuz ad vtrũq; hec scientia alias sciẽtias speculatiuas excedit. ꝓm certitudinem quidem. alie scientie certitudinez habẽt ex naturali lumine rõnis humane q̃ põt errare. hec aũt scientia certitudinẽ habet ex lumine diuine scientie que decipi nõ põt. Scõm dignitatez vero materie: qr ista sciẽtia est ꝓncipaliter de his que sua altitudine rõnem trãscẽdunt. Alie vo scientie cõsiderant ea tñ que rationi subduntur. Practicarũ vero scientia; illa dignior est: que nõ ad vlteriorem finẽ ordinatur sicut ciuilis militari. Nam bonum exercit⁹ ad bonum ciuitatis ordinatur. finis autem theologie siue doctrine sacre: in q̃tum est practica est beatitudo eterna: ad quam sicut ad vltimuz finẽ ordinãtur omnes alij fines scientiarum practicarum. Franciscus vo de maronis in lib. đ veritatib⁹ dionysij quem scripsit ad instantiaz

regis Roberti. sup libꝝ de mystica theologia ait. Omnes sciẽtie ancillãt theologie ꝛ aliquo modo subalternãt. Sed notandũ q̃ quattuor modis vna sciẽtia dr̃ subalteri alternari. Primo mõ qr efficiens sub efficiẽte: vt qr p̃ncipiuz sub p̃ncipio: ponendo q̃ p̃ncipia sunt cause cõclusionum effectiue Et sic subalternãt musica arismetrice ꝛ pspectiua geometrie: quia ꝓclusiões superiorũ sunt p̃ncipia inferiorꝝ. Et ista dr̃ pro pria subalternatio Scõdo modo qr materia sub materia: ꝛ qr subiectũ sub subiecto. Sicut phisica subordinãt metaphisice Quia corp⁹ mobile qđ ẽ subiectuz phisice ꝓtinet sub ente quod est subiectũ metaphisice. Tertio modo qr forma sub forma. vtpote qr modus agendi sb modo agendi. Et sic omnis alia sciẽtia subordinatur logice. qr ipa tradit modũ sillogizãdi ꝛ demonstrandi vniuersis. Quarto modo qr finis sub fine: frenefactiua equestri: qr finis illi⁹ ẽ propter finẽ istius. Alie ergo sciẽtie nõ subalternãtur theologie p̃mo modo: qr eius p̃ncipia non sunt cõmunia. vtpote articuli fidei. Nec secundo modo qr subiectum eius est singularissimũ Nec tertio modo qr nõ pcedit p regulas quas alijs sciẽtijs tradat Sed q̃rto modo qr fines aliarum sũt ppter finez istius: melius tñ dr̃ subordinatio q̃ subalternatio. hec frãcisus. ¶ Tertium dubiũ fuit vtrũ scientia in generali sũpta sit magnificẽda Et vt refert Tho. iij. pte. q. ix scientia large accipiẽt p q̃libet cognitiõe intellectus. sunt ergo nõnulli q̃ scientiã reprobant virosq̃ doctos aspernanẽt. Contra quos duo ad laudẽ scientie merito duxim⁹ inspiciẽda. Primum in q̃bus scientia reperiẽt cum decore ꝛ ornamẽto maximo. Scõz quantã humano generi sciẽtia attulit vtilitatẽ. Accedit q̃dem primo ad cõmendationẽ ꝛ extollentiaz sciẽtie. q̃ ipsa reperiẽt in deo ꝛ in q̃buslibet ab eo pductis electisq̃ creaturis. Be ꝓditore siq̃dem oim aiunt theologi i rebus diuinis exercitati: q̃ sicut bonus est eternus imensus incõmutabilis ꝛ beatissim⁹. Ita ꝛ oia sciens Sciẽtia tamẽ vt ponit Tho. j. pte. q. xiiij. non ẽ in eo q̃litas vel habitus: sed actus purus: ꝛ substãtia: qm̃ nõ p aliud a se itelligit. Et q̃uis alia a se cognoscat: tamen vt scripsim⁹ in ẽmone p̃mo de timoꝛe iudiciorũ dei. intellectus ille diuin⁹ infinitus nõ recipit aliunde pfectionẽ: cuius pfectio ẽ sola diuina essentia. Quo fit vt materialia imateriali ter diuisibilia indiuisibiliter ꝛ mꝫta vnitiue cognoscat: qr ipe imaterialis est simplex ꝛ vnus. vnde q̃lis est ipse: talis ꝛ cognitio ei⁹. Et ne in his diutius imoꝛemur: in deo ẽ sciẽtia q̃ cognoscit seipm. Et quicq̃d est in reb⁹ creatis siue in celo siue in ẽra siue in mari. q̃nimo sapia sua cõdidit tam varias distinctas ordinataq̃ rerum naturas vniuersa ꝓstituens in põdere: numero: ꝛ mẽsura. nouit oñia anteq̃ essent q̃ numerat multitudinẽ stellarꝝ ꝛ gutulas oceani. Quis taceam⁹ stupenda q̃ dici possent de scia dei. Et ad alios vtamus sermonẽ. Fecit ille artifex sapientissim⁹ angelos a sue creationis p̃mordio: tãta luce sciẽtie p̃ditos: vt itellectuales substãtie spũales mentes ꝛ imaterialia lumina a sanctis intelligentieq̃ a philosophis nuncupent. At ꝛ hoi p̃mo hoc donũ amplissimũ tradit fuisse tributũ: q̃ rex oiuz ppter ipm cõditaꝝ cognitionẽ acceperit vt mgr̃ sniaꝝ refert di. xxiij. scõi li. cunctisq̃ aiantib⁹ noia ẽm suaz ppheta tem designauit. Non est p̃tereundũ silentio. q̃ dũ verbũ caro factuz est ꝛ habitauit in nobis aiam de nouo creatã plenam scientia ꝛ gr̃a sibi vinculo indissolubili copulauit: oñi ignoꝛãtia secluſa. vt diximus in ẽmone. v. hmõi operis. Apostoli iusup militantis ecclesie fundatores cum lr̃is operã nõ dedissent: ꝛ ad p̃dicationez euangelij foꝛent destinãdi a spũsancto illuminati sunt: vt sic doctioꝛes effecti euãgelicã tubam sonarent. Inde moti patres antiq̃ statuerunt: vt nullus officiuz p̃dicationis exerceat: nisi sit apzime eruditus ꝛ doct⁹ sicut in q̃dragesima li scripsi in ẽmone d̃ ẽbo dei. Cur ergo nõ erit extollẽda sciẽtia. cur nõ studiose q̃renda. Cur non a cũctis moꝛtalib⁹ auidissime exoptãda. sicit aũt ad eius cõmendationẽ p̃ter illa q̃ cõmemoꝛauim⁹. q̃ oẽs homies natura scire desiderant. vt dicit Aristo. Et oẽs ducimur ꝛ trahimur ad cognitiõis ꝛ scientie cupiditatẽ ẽm q̃ ait Cicero. Propter q̃ oia ꝓplato in thimeo dixit. Scientia ẽ diuina dei: quo nihil maius diuina magnificẽtia humano generi cõmodauit Scõdo pscrutari debem⁹. quãta sit scientie alitudo sublimis ex vberrima vtilitate quaz pullit humano generi ꝛ indies afferre nõ desinit: ꝛ in p̃mis a iuris cõsultis viris clarissimis initiũ sumẽdi duxi. ipi nanq̃ legib⁹ ab eis ꝓditis: ex q̃bus insimul collectis tã grãdia volumina cõplenẽ gentes populosq̃ instruxerunt vt humanã celibẽq̃ vitam excoleret. Quisnã hoies ratione p̃stantes: nõ existimet bꝛutis deterioꝛes vitioꝛesq̃ pecudib⁹: si passionib⁹ vitiosis non dominenẽ. Ideo lex ꝓdiẽ vt appetit⁹ noxi⁹ iuris regula limitẽt p quã genus humanuz vt honeste viuat: alterꝝ nõ ledat: ius suũ cuiq̃ tribuat informat. sicut ponit i ꝓlogo decretaliũ. sũmo igit ingenio facte sũt leges vt scribit dis. iiij. ca. facte sunt aũt leges vt eaꝝ metu hũana coherceat audacia. tutaq̃ sit inter improbos i nocẽtia. Ciues pacifice viuant: maioꝛes minoꝛibus fauoꝛẽ impendant: minoꝛes maioꝛibus

reuerentiã exhibeãt: pares paribꝫ ꝙ cordiã donẽt. Et oñes imortali deo pie religioseq̃ famulent. De iꝑis ẏo medicis q̃d referemus: nõ tacet scriptura sacra dignitatẽ eoꝝ: dum sñia illa grauissima sapiẽtis oblectat. Honora inq̃t medicum: ppter necessitatẽ eñ creauit altissimus Et iterũ. disciplina medici exaltabit caput illi⁹ ⁊ in cõspectu magnatoꝝ collaudabit altissim⁹ De terra creauit medicinã: ⁊ vir sapiens nõ abhorrebit illã. Que ẏba ponunt Eccĩ. xxxviij. ca. Profecto corpora nr̃a aie itellectiue instrumẽta ⁊ organa delicata a q̃b⁹ excunt, tanta morboꝝ mala ꝓsepe medicoꝝ p̃sidio curata: gratissime sanitati reddunt: ⁊ q̃ sana sũt ⁊ robusta ne in graues egritudines incidant ꝓseruant. Sed bis omnib⁹ maius ẽ ꝙ theologoꝝ opa factum esse nemo sane mẽtis ambigit. Nõne apostolorum p̃dicatione idolatrie pernicies q̃ totuz pene vastauerat orbẽ vndiq̃ est eiecta. Insup tot insurgentes hereses q̃s expugnauit quis euertit: quis penitus suffocauit: nisi ẏtus ⁊ sapientia eorũ qui se doctrine firmiter dedicarũt. Audeo dicere ꝙ si doctores vtriusq̃ linguę grece ꝙz ⁊ latine hereticoꝝ venenatas fraudes oppugnassent: xp̃iana religio foret extincta. Obmitto quanta facta sint ab inq̃sitorib⁹ heretice prauitatis: p̃cipue p̃dicatoꝝ ⁊ minoꝝ ordinũ contra pditissimas hereses manicheoꝝ: arrianoꝝ legardoꝝ: fraticelloꝝ: aliorũq̃ quorũ vocabula causa breuitatis subticem⁹. Et vt ꝓtem istaz breuius expediam⁹ dicim⁹. ꝙ sciẽtia viros doctos reddit in vtroq̃ seculo gloriosos. Nã Socrates magnũ nomẽ adeptus ẽ. de quo Tulli⁹ i quẽstionib⁹ tusculanis ait. Socrates primus philosophiam vocauit e celo quã locauit in vrbib⁹ introduxit i domos ⁊ coegit de vita ⁊ morib⁹ requirebq̃ bonis ⁊ malis q̃rere. Et Hiero⁹ cõtra iouinianũ dicit de socrate. Hunc omniũ philosophoꝝ secte tanq̃ sapientie ⁊ ẏtutis vnicũ fontem venerant. Is tñ vt Valeri⁹ meminit de his q̃ humili loco nati clari euaserũt Patre obstetrice patre marmorario genitus est. cui⁹ nomẽ splendet ppter scientiã. Demosthenes insup ꝓnceps oratorũ grecie humilimos habuit genitores. Aulusgelius etiã li. ij. noctiũ atticaꝝ refert ꝙ phedon cui⁹ nomẽ plato illũ librũ diuinũ de imortalitate aie dedit. Fuit emptus a cebe sorattico. cuius soci⁹ fuit in philie disciplinis. ex post philus illustr⁹ fuit. Menippus fuit seru⁹ postea philus. Pompili⁹ Fu⁹ thefastri cipatetici. postea philus. Perseus zenonis stoici seru⁹ philus. Diogenes cinicus seru⁹ ⁊ ex fuitute in libertatez venit tandez philus. Epicter⁹ seruus postremo philus. q̃ oñes ex philis ppter peritiã lr̃aꝝ gloriam sibi amplissimã vendicarũt. Nec soluz ipi q̃ doctrina pollẽt clarissimi habent. Quinimo ciuitates ⁊ regna in quib⁹ lr̃aꝝ studia frequentant miro fulgẽt decore. Unde Aug⁹. xviij. li. de ciui. dei. ait. q̃uis atheniẽses in grecia plurimũ claruisse fateat. Etiam Salusti⁹ roman⁹ historic⁹ plus tñ fama q̃ re ipa. Nã loquẽs de illis, atheniensiũ inq̃t res geste sicut ego existimo satis ample magnifice fuere. verũ aliquãto minores q̃ fama ferũt. Sed q̃ pucnere ibi scriptorum ingenia p terraꝝ orbem atheniensiũ facta p maxima celebrant. Ita eoꝝ q̃ fecerũt virtus tanta habet quantũ ẏbis potuerũt extollere p̃clara ingenia. Accedit huic ciuitati non parua etiaz ex lr̃is ex philis gloria. q̃ ibi potissimũ talia studia viguerũt. hec ille In regno ẏo celorũ viri docti fulgebũt q̃si splẽdor firmamẽti ⁊ q̃si stelle in ꝓpetuas eternitates. vt dicitur Dan. xij. ca. Joõ Hiero⁹ asserebat. Discamus in terris quoꝝ scientia nobiscũ pseuerat in celo magna itaq̃ scientie ⁊ doctrine est excellentia. In qua singularis inuẽtus est beat⁹ Thomas Neq̃ tñ viribus ingenij ⁊ exercitij illam acq̃siuit. sed munere diuino post factam q̃dem pfessionem suã i ordine p̃dicatoꝝ. Frater Johãnes Theutonic⁹ magister ordinis ipm secum parisiũ duxit. deinde coloniã. Vbi sb fratre Alberto magistro in theo'ogia eiusdem ordinis florebat studiũ generale. Studio aũt vacans oratini ⁊ silẽtio quãtũ poterat adeo se dabat. vt vo carẽt eũ fratres bouẽ mutũ. Cum aũt magister Albertus libꝝ dionysij ꝺ diuinis nomin⁹ legeret q̃dam studens tardus ingenio ad sanctuz thomã se ꝓtulit vt ei lectionẽ repeteret. qõ sanctus tho. libenti aio fecit nõ sine admiratione illius. qui moꝝ magistro pspicacitatẽ ingenij sancti thome reuelauit. Contigit aũt illis dieb⁹ dictum magistrũ disputare quãdã q̃stionẽ difficilem. quã cum frater thomas collectã scripsisset in cedula. ⁊ q̃dem studẽs casu ipam ante ei⁹ cellulã inueniens magistro Alberto ostendit. qui mandauit magistro studentiuz vt questionem satis difficilem ei cõmitteret de qua in crastino responderet. quã ex obedientia suscepit. Et ad orationẽ cõfugit atq̃ in crastino ita rñdit vt diceret ei magister frater thoma. Tu nõ videris te nere locũ respondẽtis sed determinãtis. fecitq̃ sibi q̃ttuor argumẽta tam subtilissima vt crederet oino illum conclusũ. Ad que cuz frater thomas sufficiẽtissime respondisset. dixit albertus. Nos vocam⁹ istũ bouẽ mutũ: ꝙ ipe talẽ mugitum dabit: q̃ sonabit in toto mũdo. Tandẽ cuz in breui plurimũ ꝓfecisset factus fuit baccalarius parisiñ⁹ Et ibi parisi⁹ gradũ magisterij cum humilitate suscepit. Omni q̃pe tpe dum legere vel disputare debebat orare solebat deũ ⁊ hanẽ

orationem dicebat. Creator ineffabilis qui de thesauris tue sapiētie nouē angelor ierachias nosti. ⁊ eas supra celum empirreū miro ordine collocasti atq elegātissime partes vniuersi dispositi. Tu inquā q̄ verus fons luminis dicēris atq supemineſ p̄ncipiuz infundere dixeris sup intellect⁹ mei tenebras lumē claritatis ⁊ iustitie duplicē in q̄ nat⁹ sū remoueas ꝓuationez tenebrar. pctm̄ scz ⁊ ignorantiā. Qui linguas infantiū facis disertas linguā meā erudias ⁊ in labijs meis gr̄am ⁊ bñdictionē infundas. Da mihi intelligēdi acumē: addiscēdi facilitatē: retinēdi capacitatē: interp̄tādi subtilitatē: loquē di gr̄am copiosam: ingressum instruas: pgressum dirigas. Egressum compleas p xp̄m dñm nr̄m. Amē. Dū itaq gradū magisterij deberet suscipere: ⁊ orationi feruēter intenderet aliquā tulū obdormiuit. Apparuit aut illi sic dormiēti angelus cōfortans eum vt magisterium acceptaret. ꝓponeretq in suo examine illud publice. Rigans montes de superioribus tuis: in fructu operum tuor satiabitur terra.

Qualis doctrina sācti thome sit vtilis: eo q est copiosa facilis ⁊ merito sapientibus ⁊ insipientibus grata Cap̄m. II.

Decūda excellentia scie sācti thome dr vtilitas. ꝓfuit nāq mirū imodū eccleſie dei: eo q non tm̄ fuit in se sciens. sed alios docuit p:edicando ⁊ legendo: ⁊ vt ꝑpetua fierent que docebat scribendi officiū accepit. Eius autez scripta triplicem habent cōditionem.

¶ Prima dr copiositatis.

¶ Secda facilitatis.

¶ Tertia gratiositatis.

¶ Prima cōditio eor que sanct⁹ thomas scripsit dr copiositatis. Scripsit nanq copiose: tā ea q̄ spectāt ad naturalē vel etiā moralē phiam Sed super oia res diuina abūdantes notauit. Scripsit sup q̄ttuor libros sniar. sūmā theologie quā in trib⁹ voluminib⁹ cōpilauit Sūmam ꝑtra gētiles. opus sup q̄ttuor euāgelia. Et p:eter hoc aliā postillā sup euangelia. Sup epl̄as pauli. sup Esaiā sup Hieremiā. sup Cātica. super Job. sup magnā ptē psalterij. Cōpendiuz theologie. q̄stiones de veritate. q̄stiones de q̄libet. q̄stiones de aia sup dionysiū de angelica ierarchia. ⁊ de diuinis noib⁹. sup boetiū de trinitate. ⁊ hebdomatib⁹. ⁊ de duab⁹ naturis. cōtra auerrois de vnitate intellect⁹. ꝫ guilelmuz de sācto amore q̄ dicebat religiosos mēdicātes nō laborātes manib⁹ nō posse saluari. Scripsit etiaz officiū de corpe xp̄i. Et q̄plura opuscula de diuersis materijs vt in b̄ videat de eo tā stupēdū miraculū. q vnus homo modico tpe: tot potuerit subtilitates q̄stionū ⁊ pfunditates tā subtiliter penetrare stilo tam cōposito ⁊ succincto discurrere Que i tot voluminib⁹ reduxit in scriptis. vigintiq̄nq anni fluxerūt inter ei⁹ magisteriū ⁊ obitus. Obijt nanq anno dñi. M. cclxxiij. pontificat⁹ gregorij. x. anno. iiij. Etate sue anno. xl viij. septima die marcij. hora matutinali. Ut igit vbertatē doctrine sancti Thome magnificem⁹ dicere possumus. Q si omnes libri phic ⁊ theologie perirēt. Et illi quos thomas scripsit soli reperirent: nū q̄q lux scientie et veritatis posset extingui. ¶ Secda cōditio eor que thomas scripsit dicit facilitatis. habet enī doctrina illa quādaz claritatē ⁊ ordinē ita suauem vt absq multa difficultate imbibi valeat. Neq ꝓpterea est paruipēdenda: quia cum facilitate sit tradita: cuz i quolidet genere siue docendi siue dicendi a cunctis viris doctis facilitas extollat. Inquit enī Cicero li. de oratore. Is ē eloquēs q̄ alta humiliter: humilia grauit ⁊ mediocra temperate dicere pōt. In eodez insuper libro magis comprobare videt sententias graues absq ornatu: q̄q fucata ꝟba sine sententia ait ergo. Quid est tam furiosū q̄ ꝟborū vel optimor atq ornatissimorū sonit⁹ inanis nulla subiecta sentētia: nec sciētia. Sunt nōnulli q̄ gloriant si id qđ docent aut psuadēt: ꝓpter insusitata verba: aut confusas ⁊ implicitas rationes: sub auditoribus cum labore intelligāt. Contra quos auluſgeli⁹ li. x. noctiū acticar ita scribit. Verbis vti nouis ⁊ incognitis durius est, q̄q ꝟbis sordentib⁹. Rome q̄dam celebrat⁹ homo in causis cū apud p̄fectum vrbis verba faceret. Et dicere vellet: inopem quendā miserū victu viuere ⁊ furfureū rodere panē vinū q̄q fetidum potare. hic inq̄t. Eques romanus: apludam edit: ⁊ flores bibit que ꝟba cunctor astātium animos ꝓuocarūt ad risū. ille eñ legerat: apludā veteres rusticos frumēti furfureū dixisse. itez flores audierat p:isca voce significare vini fecem vitiacūs expressam. primū ꝟbum legerat in plauto. scōz apud ceciliū in polimenis: q̄ sibi ad ornamēta orationuz seruauerat. dixim⁹ ista vt ostendam⁹ q̄q sit laudabile sententias subtilissimas cū oñi qua fieri pōt facilitate explicare: sicut sanctus thomas fecisse ꝓbatur. ¶ Tertia cōditio doctrine sācti thome dr gratiositas Est quippe vniuersaliter grata doctis pariter ⁊ indoctis. Nō vez eē ego expert⁹ sū in p̄dicatorib⁹ q̄s feci in oib⁹ fere italice ciuitatib⁹. nam fauēte deo vbiq ad me audiendū populi i multitudine copiosissima cōuenerūt. Quibus p:o

maiozi pte sācti thome: ⁊ dñi Bonauēture dubia ⁊ qstiones de diuersis occurrētib⁹ reb⁹ declarau. Accepi nāq; a patre meo sancto franciſco documētū vt annūciarē vitia ⁊ vtutes: de qb⁹ nemo vel abundāti⁹ vel melius: vt sic dixerim: thoma disseruit. De gestis vo saluatozis nr̄i ihu xp̄i: ⁊ gr̄a p̄eminentia vginis mr̄is nullus eo diffusi⁹ atq; dulcius locut⁹ est. Q̄ ip̄i⁹ benignissimi ihu testimonio idubitabili fuit cō probatū. Nā dū p̄fatus sanct⁹ in cōuentu neapolitano tertiā partē scriberet: nocte quadā ad orandū sicut ꝓsueuerat añ pulsationē orologij ad ecclesiā in capellā sācti Nicolai descēdit. Et dū ibi oraret ante imaginē crucifixi. frater dñicus de caserta cōuersus: q̄ erat sacrista: vir vtiq; magne deuotiōis ⁊ sanctitatis. sanctum doctorē curiosius obseruans: vidit ip̄m miro modo in oratione suspensū. Et corpe eleuatū a terra. audiuitq; a crucifixi imagine p̄cedere vocē dicentē sibi. thoma vera de me scripsisti: quaz mercedē p laboze tuo recipies? Qui rn̄dit: dñe nr̄ ip̄m. Quid referā de quattuoz euāgeliozum Matthei scz Marci Luce ⁊ Johis declaratione. inspiciaf opus illō: qñ recte cathena aurea nūcupaf: in quo ipse tam ordinate collegit doctoz tā grecoz q̄z latinoz snias q̄s ipse pse quendo p clarioze intelligentia mirabiliter ampliauit: non mirū igif: si ego q̄ minimus sum p̄dicatozum ecclesie dei: tanti doctozis obseruauerim documenta siue p̄dicando siue p̄dicabiles ꝑmones scribendo: ꝑm gr̄am a domio mihi datam: cū vt p̄dixi videā satis pficere ad veritatis illustrationē atq; cōsolationem fidelium: sancti thome doctrinā sequendo.

Qualif sanct⁹ thomas: non solū fuit doct⁹ scz virtutib⁹ ornatus: q̄ mundo spreto religiosus effect⁹: mūde vixit. ⁊ vitā felicif ꝓsūmauit. Ca. III.

Certia excellētia sciētie sācti thome dz sanctitas. paz q̄dem est imo nihil multa scire: multa cognoscere: multa docere: nō solū nature secreta: ⁊ ꝓprietates elementoz astroz: q̄z mot⁹: sed etiā fidei rudimēta: nisi bñ beateq; viuatur Ideo beat⁹ iacobon⁹ dicere solebat. Scientia acq̄sita mortal si da ferita si non sera vestita de corpe humiliato. sanctus vo Aug⁹ in principio cōuersionis sue. dum audiuit famā antonij magni. vt scribif in libro cōfessionuz exclamando dixit Surgunt indocti ⁊ rapiunt regnū celoz Nos autem cū nostris doctrinis demergimur in pfundum: que omnia considerans thomas gloziosus dedit operam vt simul cuz doctrina fulgeret in ipo sanctitas vite. ꝓtest vo sāctitas eius potissime ex tribus monstrari.

¶ Primo ex mundi despectione.

¶ Scdo ex religiosa ꝓuersatione.

¶ Tertio ex finali cōsūmatione.

¶ Primo monstraf sanctitas thome ex mūdi despectione. despexit q̄dem munduz ⁊ omnem pompam eius vt xp̄m lucrifaceret: q̄liter vero id expleuerit: audiam⁹ ea que in eius legenda scribunt. Hic nanq; ex nobili ꝓsapia dominorum de aquino originē duxit patre landulfo: ⁊ matre theodoza nuncupatis dū vo mater puerulum nōdum natum gestaret in vtero. Quidā heremita bon⁹ re ⁊ nomine dei reuelatione ei p̄ dixit: qualiter filium esset paritura quē thomā vocarent: ⁊ qui ordinem fratrum p̄dicatozum esset ingressurus: in quo ita pficeret: q̄ suo tempoze tam in sciētia q̄z in vtute: vir parem haberet: nato igif infante cum ingenti parentuz letitia qđ heremita p̄dixerat iam visum est fuisse impletum. dum q̄ntum attigisset annū missus fuit a parentib⁹ ad monasterium montis casini vt ibi sub speciali vita imbueref litteris ⁊ mozib⁹ abbas monasterij videns in puero post paruū tempus ingenij subtilitatē: consuluit patri suo domino landulfo vt cum neapolim mitteret ad studenduz. Sicq; factum est. ⁊ ibi neapoli sub magistro martino grāmatice: ⁊ sb magistro petro de hibernia logice operā dedit. adultus autem ordinem p̄dicatoz intrauit qđ vt mater audiuit que erat in rocca sicca: festina neapolim accessit: vt filiū in fuitio domini cōfoztaret fratres vo ꝓpositum eius ignozantes timentesq; ne filiuz materna pietate turbaret: ip̄m romam miserūt. at ibi mater eam secuta est. quē fratres inde fugauerūt: parisius tēptantes illū destinare de quo mater turbata ad filios suos qui erāt cum imperatoze in castro aque pendētis misit nunciū specialem: mādans eis q̄ thomā suum filiū: fratrē ipsoz: quem fratres p̄dicatozes fugabant quererēt: ita vt eum in suis haberēt manibus: qui obtenta ab imperatoze licentia p vias miserūt famulos tandē cōtigit illos p̄dictuz fratrē suum iuxta cuiusdā fontis irrigua q̄escētem: cum quattuoz fratrib⁹ dicti ordinis inuenire: quem cōfestim matri trāsmiserūt. ipsa vo cuz custodiri fecit in carcere: vsq; ad filioz aduentum. Et interim vt expiretur voluntatē ei⁹ monuit eum ⁊ moneri fecit: vt habitū deponeret. Ad qđ thomas nunq; consensit. In carcere sic existens: bibliā totā legit ⁊ textum sententiarū ⁊ cōpilauit tractatū fallatiaz. Et quādā suam sozoꝛē ad dei seruitiū induxit: que monacha sancti benedicti facta est: venerunt tandez fratres sui: qui tēptauerūt cū verbis suasionis

iniurijs: ⁊ laceratione habitus: a suo sancto ꝓ
posito remouere: nec valuerũt: introduxerunt
postmodũ pulchram puellã ornatã habitu me
retricio vt eum molliret. Quã expulit indignã
ter. Et intactus remanẽs signo crucis se muni-
ens cũ lachrymis obdormiuit: tũc duo angeli
apparuerũt sibi: ⁊ stringẽtes ipm in lũbis dixe-
runt. Ex parte dei te cingim⁹ cingulo castitat⁊
qđ nulla possit diabolica impugnatione dissol-
ui itaq; ꝟbo ꝟginitatis donũ in se confirmatũ
accepit. stetit ꝓ bienniũ carceratus: quem vlti-
mo mater dissimulata custodia abire pmisit: de
fenestra castri ꝓ funẽ vbi parati erant fratres ꝓ
dicatores: quẽ susceptũ cuꝫ gaudio: neapolim
duxerũt. ¶ Secõdo monstratur sanctitas beati
thome: ex religiosa cõuersatiõe a ꝑncipio quip
pe vsq; ad finẽ adeo laudabiliter ⁊ sãcte cõuer-
sationis fuit: vt nihil in eo reꝑhensibile potue-
rit inueniri. fuit eẽdem humilis: deuot⁹: pius:
sobrius: temperatus: ⁊ virgo purissim⁹: non so
lum corpore: sed etiã mente. frater Raymũdus
seueri: q̃ parisius in ꝓfessione: thomã audiebat
iurauit. q; in septẽ annis quibus fuerat secuꝫ in
studio ⁊ audierat eum in cõfessione. q; nũq; cõ-
sensit in aliquã cogitationẽ carnalem. Quidaꝫ
alius frater petrus nomie: qui in extremis con
fessionẽ suaꝫ audierat: generale in predicatione
sua ad populũ testimoniuꝫ referens sue laudis
dixit. q; sua cõfessio fuerat sic pura et munda a
carnis ꝓtagione sicut ꝓfessio vni⁹ pueri puuli.
Idem testatus est frater Bernardus soci⁹ eius
qui eũ adhuc in ꝓfessione audiuerat. Cur puri
tati tota vita sua testimoniũ ꝑhibuit veritatis
que sic fuit ꝟtutum actibus dedita vt null⁹ cõ-
trarijs moribus possit esse collapsa. nam veris-
imile de eo cõptuꝫ est. q; nocturno tempore hu
mane deputato quieti: post breuẽ somnũ i ora-
tione ꝑstrat⁹: impetrabat qđ dictando vel scri
bendo docebat Et ꝑter illud tempus modicuꝫ
qđ somno vel refectioni ꝓ valitudine corporis
indulsisset: reliquũ tempus orationi lectioni di
ctamini: vel scribẽdis voluminib⁹ occupabat:
vt nullũ tempus esset vacuũ: quod non foret sã
cta actione repletum. ¶ Tertio monstrat sãcti
tas beati thome ex finali cõsũmatione vt enim
Ouidius in lib. metamorphosios cecinit. vlti
ma semp expectãda dies homini: dicitq; beat⁹:
ante obituꝫ: nemo supremaq; funera. Felix ita
q; transitus thome vltimiq; diei cõsũmatio fu-
it: modo qui sequit. Cum sũmus pontifex gre-
gorius decimus generale cõciliũ induxisset ce-
lebrare lugduni ad qđ greci ꝓuenire debebant
mandauit fratri thome vt cõtra errores greco-
rum de q̃bus erant in cõcilio cõuincendi opus
quod fecerat de mandato sui ꝑdecessoris ꝟba
ni pape ad conciliũ secũ deferret. Quod cuꝫ ex
ecutioni vellet mãdare. frater paulus de aq̃la
existens neapoli: vidit in somnis nocte ꝑcedẽ-
te diẽ quo dictus doctor debebat iter arripere
beatũ paulũ ingrediẽtẽ scholas dicti doctoris
cui cũ occurreret interrogauit ipm si bene expo-
suerat suas epl̃as. qui dixit ei. bene exposuisti.
Sed tẽpus est vt mecũ venias ad patriaꝫ. vbi
melius intelliges. Et trahens ipm ꝓ capaꝫ vi
debatur ipm secũ ducere quẽ thomas libenter
sequebat. tũc frater paulus clamãs in somnis
dicebat: succurrite fratres q; frater thomas re-
cedit. Et cũ dicto clamore euigilãs: oĩa alijs
fratrib⁹ enarrauit. ipe ꝟo sanct⁹ thomas iter in
choans iuit ꝓ cãpaniã versus romã. Informa
tus autẽ in itinere diuertit ad monasteriũ fosse
noue qđ cum ingrederet dixit. hec requies mea i
seculũ seculi: hic habitabo quoniã elegi eã. Cũ
ꝟo cepisset grauius infirmari petijt sacramẽta
ecclesie: cũq; deportatuꝫ fuissent illa accepit. ⁊
post modicũ cum laude ⁊ benedictione dei san
cta illa aia faci⁹ iter discessit a corpore que ab an
gelis ad superos fuit delata ipm ꝟo corpus in
eodem monasterio sepultũ honorificentissime:
ad cui⁹ exequias mlti nobiles ac religiosi tam
ꝑdicatores q̃ minores ac alij ꝓuenerũt: nec de
fuit ibi ꝟtus diuina ĩ miraculorũ opatiõe quã
do superior dicti monasterij patiens in oculis
cõmendansq; se thome liberatus est. Et quidã
frater petrus: q̃rtanaꝫ patiens: meritis hui⁹ sa
nitatẽ recepit. sicq; ⁊ alij plurimi beneficia sani
tatis impetrarũt. igit̃ hunc sanctũ pio venere-
mur affectu. qui nũc in celis cũ xp̃o letat ꝓ infi
nita secula seculoꝝ. Amen.

Sermo quadragesimusoctau⁹ ꝺ sancto Nicolao famosissimo ꝓfessore.

In dieb⁹ suis pla
cuit deo. ex lib. ecclesiastici assumit
mater hec verba sancta ecclesia ordi
naliter ibi. xliij. ca. descripta. maxio otio sũmo
q; studio vnusq̃sq; laborare debet vt placeat i
omnib⁹ vijs suis altissimo creatori nostro quo
niã eos qui student suam voluntatẽ implere et
in hoc cõplacere maiestati sue: nõ solũ in futura
ĩmortali vita. verũetiã ⁊ in ꝑsenti seculo: sublis
miter magnificat ⁊ exaltat. quisnam explicare
queat quãta sit beatissimi Nicolai gloria. nõ so
lum in illa societate sanctoꝝ vbi par est ꝓfectus
⁊ possessio secura indeficiẽtis boni sed adhuc in
ecclesia militãte: vbi spe currimus ad hereditã
tem ꝓmissaꝫ. vbiq; ꝓfecto celebre est nomẽ san
ctissimiq; Nicolai. vbiq; illi⁹ miracula fulgent
vbiq; tandẽ a fidelib⁹ deuotiõe singularissima

colitur: quia vero eius hodierna die festum celebrat equū esse censui ad eius ingentes amplissimasq; laudes pozandas cū dei adiutozio omnē dare operā. de quo dicunt verba in themate posita q̄ in diebus suis placuit deo. Et lz b̄ fuerit ꝓpter plurimas virtutes suas tamen ex illis tres precipuas colligemus quas explicare sigillatim curabimus.

¶ Prima dicit prudentia spūalis.
¶ Scda misericordia ꝓmalis.
¶ Tertia obseruantia pastozalis.

Qualit̄ bea⁹ nicolaus placuit deo ꝓpter prudētiā sp̄ualem q̄ sprevit terrena t celestia ꝓcupiuit. Cap'm. I.

PRima beati Nicolai virtus qua placuit deo dicitur prudētia spūalis. ō hac dixit sapiēs Prou. iij. ca. In oīi possessione tua acq̄re prudentiā. Et. xvj. ca. acquire prudentiā. quia pretiosioz ē argento. Et xp̄s Matth. x. ca. Estote prudētes sicut serpentes. est autē hec prudētia vt docet Aristo. in. vj. ethic. Recta ratio agibiliū: qua homo in q̄buscūq; agendis finez cōsiderat: atq; ad illū media cōuenientia accomodat t disponit. qz vt Boetius inq̄t in. ij. de ꝓsolatione. qō añ oculos situ ē nō sufficit ituerī rez exitus prudētia metit tñ vt ait Tho. scda scde. q. xl vij. triplex prudētia distingui potest.

¶ Prima est falsa.
¶ Scda vera.
¶ Tertia pfecta.

¶ Prima est prudentia falsa p similitudinē dicta que in malis t peccatoriꝫ reperitur. et de hac xp̄s Luce. xvj. ca. dixit. filij huiꝰ seculi prudentiozes filijs lucis i generatiōe sua sūt t paulus ad Romanos. viij. ca. Prudentia carnis mozs est. Cū eñ prudens sit qui bene disponit que sunt agenda ꝓpter aliquē bonuz finē. Ille qui ꝓpter aliquē malū finē aliqua disponit cōgruentia illi fini habet falsā prudentiā inq̄tum illud qō accipit ꝓ fine. non est verū bonum sed ꝑm similitudinē. sicut dicit aliquis bonꝰ latro hoc eñ modo potest ꝑm similitudinez dici prudens latro. qui cōuenientes vias inuenit ad latrocinandū. ¶ Secūda est prudētia vera: sed i perfecta. que inuenit vias accomodas ad finez bonū sed ē impfecta dupliciter. Uno modo qz illud bonū quod accipit ꝓ fine nō est cōmunis finis totius hūane vite. ꝑ alicuius specialis negocij puta cū aliquis adinuenit vias accomodas ad nauigandū vel negociandū dicit prudens nauta vel negociator. Alio modo prudētia dicit impfecta. qz deficit i ꝓncipali actu prudentis. puta cuz aliquis bene ꝓsiliat t recte iudicat de his que ptinent ad totam vitam. ꝑ nō efficaciter percipit. ¶ Tertia est prudētia vera t pfecta. Et hec est que recte cōciliatur et recte iudicat ad bonum finem totius vite ac etiam ꝓcipit. Et hec in solis bonis reperit. ō hac dicit sapiens Prouer. j. ca. Prudētia seruabit te vt eruaris a via mala. hec autez in paucissimis reperitur. quoniā oīes ꝓ maiozi pte sōlliciti sūt de terrenis t tēpozalibꝰ bonis. ō quibus dicit Baruth. iij. ca. Exquisierūt prudentiā que de terra est. Et de celestibꝰ aut nulla aut modica ē illis cura. Hi sunt qui in die iudicij videtes electos t amicos dei affluere omni bonoꝝ copia Et seipsos cōsiderātes eternis foze deputatos supplicijs dicent illud Sapie. v. ca. Nos insensati vitam illoꝝ estimabamꝰ insaniā: t finē illorum sine honoze. Ecce quomodo cōputati lūt inter filios dei et inter sanctos sozs illozum est. Propterea beatus Nicolaꝰ prudentiā veram spiritualem t pfectaz sectatus est. nam ex diuitibus t sanctis parentibus originē duxit. Cuius pater epifanius mater Johāna ex ciuitate patere ciues cuz in ꝑmo iuuentutis sue floze eū genuissent cōtinenter viuentes celibē vitaz duxerunt. Hic ꝑma die duz balnearet erectus stetit in pelui. insup quarta et sexta feria semel tñ suggebat vbera. Factus autez iuuenis aliozuz iuuenū deuitans lasciuias ecclesiaꝫ potiꝰ terebat limina. Et quicq̄d ibidē de sacra scriptura intelligere poterat memoziter retinebat. Parēt ibus ꝯo defunctis non cogitauit vxozē ducere non multiplicare diuitias nō satisfacere cozpozis voluptati: sed qualiter tāta diuitias ꝯ coptam: non ad laudē humanā sed ad laudez dei dispēsaret: vt sic thesaurizaret thesauros i celo iuxta p̄ceptum saluberrimuz nostri saluatozis Matth. vj. ca. Nolite inquit thesaurizare vobis thesauros in terra vbi fures effodiunt t furāt: thesaurizate vobis thesauros in celo q̄ fur nō approp̄riat neq; tinea demolit. Ad bona igitur sempiterna dedicauit animū t ꝑ illis adipiscendis omnē adhibuit diligentiam.

Qualit̄ sanctꝰ Nicolaꝰ ex misericozdia subuenit ciui pauperi q̄ tres filias nuptui tradidit ꝓpter elemosinā quā nicolaus fecit. Cap'm. II.

SEcūda beati nicolai ꝓtus: qua placuit deo: ō misericozdia ꝓmalis. de hac redēptoz mundi dixit Matth. v. ca. beati misericozdes qm̄ ipi misericozdiā consequent. Hāc Hiero⁹ cōmēdauit in ca. qui clementiā. lxxxvj. di. vbi

ait. Qui clemētiaz nō hz nec indutus ē viscera miscdie q̄uis spūalis sit nō adimplet legē xpi. Et Ambro. eadē di. ca. i singulis inq̄t. Misericordia cōmunis ē vsus: ido cōmune p̄ceptuz oīb⁹ officijs: oīb⁹ etatib⁹ necessaria: ⁊ ab oīb⁹ deferēda. Nō publicanus: nō miles excipiꝫ: non agricola: nō vrban⁹ diues ⁊ paup oēs in cōmuni admonēt. vt ꝓferāt nō habēti hāc miscdiaz in se fuisse beat⁹ Nicola⁹ apertissime demōstrauit: dū elemosynā indigēti ⁊ in extrema necessitate posito cōuicino suo benigne tribuit: habebat ille tres filias ꝟgines q̄s p̄ inopia ꝓstituere cogebaꝫ vt sic infami ea⁹ cōmertio aleretur Qđ vt ad aures viri sancti deuenit scel⁹ abhoꝛruit: ⁊ massam auri pāno inuolutā in domū ei⁹ p̄ fenestraz clam ꝓiecit clamq̄ recessit. Mane surgens hō massam auri reperit: ⁊ deo gratias agēs p̄mogenite nuptias celebꝛauit. Inde ad aliq̄s dies sīle op⁹: dei famul⁹ egit. Qđ rursuz ille reperiēs ⁊ i laudes imensas ꝓrumpēs ō ceteꝛo vigilare ꝓposuit: vt sciret q̄s esset q̄ sue inopie subuenisset. Post etiā paucos dies duplicatā auri massam in domū ꝓiecit Ad cuius sonitū ille excitaꝫ: et nicolaū fugientē insequiꝫ taliq̄ voce alloquiꝫ siste gradum teq̄ aspectui nō subtrahas meo. Et accurrēs velocius Nicolaū hunc esse cognouit. Pꝺoꝛ humi ꝓstrat⁹ osculari volebat pedes eius: q̄ ille refugiēs abeo petijt ne factū alicui q̄diu viueret reuelaret In hac ꝟo elemosyna obseruauit Nicola⁹ tres illius conditiones necessarias.

¶ Pꝛima conditio q⁹ fuit ꝓmpta.

¶ Scda q⁹ fuit copiosa.

¶ Tertia quia fuit secreta.

¶ Pꝛima ꝺditio illi⁹ elemosyne fuit ꝓmpta: q⁹ non multis p̄cib⁹ data vel impetrata. Inq̄t Seneca libꝛo de beneficijs. Ingratū ē bn̄ficiū qđ diu inꝯ dantis man⁹ hesit. Et idem. Nulla res carius emiꝯ q̄ que p̄cibus empta est. Et ꝟ deo grata sit elemosyna q̄ daꝯ pauperib⁹ illam petentib⁹. Gratissima tn̄ est ꝟspectui suo cū tribuiꝯ pauperi: ⁊ egeno: p̄ verecūdia petere non audenti Ex hoc ait Ambro. li. j. ō officijs. Sūt multi q̄ malūt miserta tacite egestatis astringi q̄ publica petitiōe ꝓfundi: hi q̄rendi sunt ⁊ adiuuandi: vt p̄ ampli⁹ gaudeāt: q⁹ paupertati ꝓsulāt ⁊ pudoꝛi. Scda ꝺditio illius elemosyne fuit copiosa. qn̄ tantū dedit quātū sufficere iudicauit p puellis ꝟginibus maritādis. Pm cōstitutionē Tobie qui. iiij. ca. ait. Si multū tibi fuerit abundanter tribue. Tertia ꝺditio fuit secreta. q⁹ obseruauit documētū saluatoꝛis nr̄i q̄ Matth. ca. v. dixit. Cū facis elemosynaz noli tuba canere sicut hypocrite faciūt. o quāta tepiditate his tpibus ducunꝯ mꝛtales in q̄bus charitas non solū friguit. Sed vt videꝯ penitꝰ est extincta: oēs q̄ sua sunt querunt oīes tn̄ se ipos diligūt: q̄ reuera etiā gentiliū voce ꝓfundi merito possunt. inq̄t Seneca ad lucillū. non pōt quisq̄ beate degere: q̄ se tn̄ intueꝯ qui oīa ad vtilitates suas ꝙuertit: alteri viuas oꝑꝛet si vis viuere tibi. Et idem in lib. de beata vita Ubicūq̄ homo est beneficio locus ē. Et Ouidius libꝛo de ponto. Regia crede mihi res est succurrere lapsis. Conueniēs hoi hoiez ꝟuare voluptas: ꝟ p̄ter voces ⁊ documēta paganoꝝ assunt nob xpi ⁊ sanctoꝝ monita pariter ⁊ exempla: inter q̄ vnū qđ de beato Nicolao iam p̄ diximus notabile valde est ac singulare.

Qualiꝯ beat⁹ nicola⁹ obseruauit officiū boni pastoꝛis: circa regimen aiaꝝ ꝓmotus ad tpalem dignitatez ex voluntate dei. Caplm. m.

Tertia virt⁹ qua placuit deo almus cōfessoꝛ Nicola⁹ ꝛ obseruantia pastoꝛalis: obseruauit quidem officium pastoꝛis boni circa curaz ⁊ regimē aiaꝝ: qđ ostēdimus tripliciter.

¶ Pꝛimo in sua ꝓmotione.

¶ Scdo in pauꝑꝝ subuentione.

¶ Tertio in populi doctrinatione.

¶ Pꝛimo ostendim⁹ beatuz Nicolaū fuisse pastoꝛē bonū in sua ꝓmotione. non em̄ ꝓmotus fuit ad ep̄alem dignitatē ꝓece vel ꝓcio vt fieri solet tpibus his malignis: ꝟ cum humilitate acceptauit onus regiminis vocat⁹ ad illō ex dispensatiōe diuina. hodierna ꝟo die null⁹ ꝓmoueꝯ inuitus: imo ecclesiastica beneficia ⁊ dignitates non nisi importune petentib⁹ dispensant. Ex quo facti sunt hoies ambitiosi: ⁊ dum fusciꝑiunt cathedrā pastoꝛalez non nisi de terrenis ⁊ trāsitoꝛijs curāt. Sed audiant id qđ Ezech. scribit di. xl. ca. multi. in fi. Quicunq̄ desideraꝯ uerit primatū in terra inueniet ꝓfusionē in celo. nec inter ꝟuos xpi computabiꝯ q̄ de primatu tractauerit. Ad beatū itaq̄ nicolaū redeuntes ꝓsideꝛem⁹ q̄liter ep̄alem honorē suscepit defuncto q̄dez ep̄o mirree ciuitatis: vbi ip̄e mꝛaba tur cōuenerunt ep̄i cōuicini illi ecclesie de ep̄o puisuri. Aderat inter eos q̄daz magne auctoꝛitatis ep̄s. ad cui⁹ electionez oiuz sniꝛa dependebat. cum ergo cūctos ieiunijs ⁊ oꝛationib⁹ insistere monuisset: nocte illa vocē audiuit dicētez sibi: vt hoꝛa matutinali foꝛes ecclesie obseruaret: ⁊ quē p̄mū ad ecclesiā cui nomē ē Nicolaus: venire ꝓspiceret ip̄m in ep̄m ꝓsecraret. hoc ergo ⁊ alijs reuelās ep̄is ammonuit vt oēs oꝛationi insisterēt ⁊ ip̄e p̄ foꝛib⁹ excubaret Et ecce

hora matutinali qsi a deo missus añ oēs ad ecclesiā nicolaū pperauit: quē aprehendēs eps dixit ei: qō tibi nomeu est: ille vt erat colūbina simplicitate plenus. inclinato capite inqt vre sanctitatis suus nicolaus: quē in ecclesia ducēs hz plurimū renitentem: in cathedra collocauit: neqz in hoc reprehensibilem ipm quispiam iudicet qui passus est in cathedra collocari cuz agnouerit hoc ex dei voluntate pueniſſe. etiā cuz ab episcopis ibidem congregatis rationabiliter cogeretur. Nam vt scribitur. viij. q. j. ca. in scripturis. Si is qui valet omnipotētis dei oues pascere renuit: ostendit se sūmum nō amare pastorē Acceptato itaqz a nicolao pontificatus officio sectabatur in omnib⁹ humilitatē: morū grauitatem: peruigilabat in oratiōe corpus macerabat: mulieres vitabat consortia: affabilis in suscipiendo: efficax in loquendo: alacer in exhortando: seuerus in corripiēdo. Et vt in cronicis legitur: fuit tēpore Cōstantini secundi filij Cōstantini magni. Et Julij pape qui cōgregauit sinodū apud niceam trecentorum decem z octo patrū cōtra arrīū. de qua scribit. xv. di. ca. canones. Et ibi fuit Nicolaus: eius tēpore floruerūt Eusebius eps vercellensis. Illaris eps pictauiēsis. Antonius magnus. z Mbarchari⁹.

¶ Secūdo ostendimus beatissimū Nicolaum fuisse pastorem bonum in pauperum subuentione. naz vt dicit Hiero⁹ ad nepotianū z ponit in decretis. xij. q. ij. ca. gloria. Gloria epi ē pauperū opibus puidere ignominia sacerdotis est ppriis studere diuitijs. Et in ca. aurū. xij. q. ij. Ambro. ait. aurū habet ecclesia nō vt habuet sed vt eroget. Ex hoc sanctissimo Nicolao de pauperib⁹ specialiter curaz suscepit ob qō pijssimus deus mensuram tritici ab eo suscepti miraculo se supleuit. Quodā nanqz tēpore totaz prouinciam sancti nicolai: fames valida ptulit: ita vt oīmibus deficerēt alimēta. Audiens autem vir dei naues onustas tritico aplicuisse portui illuc statim pficiscitur. Et rogans nautas vt saltem in centū modijs per quālibet nauē fame pericliantib⁹ subuenirēt. cū illi respōdissent non audem⁹ pater: qz mensuratū alexādrie oportet in horrea imperatoris nos reddere sanct⁹ inqt facite nunc qō dico. Et vobis in dei vitate promitto qz nullā minorationē habebitis apud regiū exactorē. Qō cū fecissent z eādē mēsurā alexādrie quā acceperant reddidissent ministris imperatoris miraculorum referunt: z deuz in suo famulo magnifica laude attollunt. frumētū autem vniuscuiusqz indigentiā vir dei distribuit ita vt miraculose duobus annis non tm ad victum sufficeret p etiā abusum feminis abū daret

¶ Tertio ostēdim⁹ beatū nicolaū fuisse pastorem bonū in xpi doctrinatione. nō em neglexit populū sibi subiectuz pascē cibo spūali animo cum regio illa idolis deseruisset. adhuc post cōuersionem ad christū populus nephande diane adhuc deseruiebat. Et sub quadam arbore illi consecrata quosdam ritus gentiū exercebat quem ritum de omnib⁹ finibus vir dei expulit ipamqz arborem pcidi mandauit. Tandē in p seuerantia bonorū operum feliciter ad christū migrauit. Et vt scribitur in eius legēda añ anime exitum angelos ad se venientes vidit. Et dicto psalmo. In te domine speraui. vsqz. in manus tuas domine cōmendo spiritū meum: tradidit spiritū. anno dñi. cccxij. vbi apud terrigenas celestis audita est melodia. Corpus itaqz honorifice in tumba marmorea repositus fuit: quod tādē barū trāslatū fuit: anno dñi. Mb. lxxxvij. O igitur felix anima Nicolai: que peracto huius breuis tēporis cursu: tandē celestia regna petiuit. ibi cōgaudet xpo z omnibus electis p infinita secula seculorum. Amen.

Sermo. xlix. de tribus puilegijs beati stephani prothomartyris. q cooperante xpo eū glorioſū fecerunt.

Videbam celos apertos: z ihm stantem a dextris virtutis dei. Scribuntur hec verba Actuū vij. ca. z in epistola presentis solēnitatatis: in tribulatiōe positis ac laborantibus quibuscūqz pro diuino amore: nūqz deest auxiliū supne gratie: qua fit: vt quecūqz ardua z difficillima nō solū nō molestē: s equo aio ac iocundissimo ferant. nihil em terribilis est morte: quā tm amici dei etiā violentā passi sunt p xpo gaudētes. Ecce in promptu occurrit nobis exemplū stephani prothomartyris: q in etate florenti lapidationis martyriū patientissime tollerauit: cui cuz ex debito teneamur honorē quem possum⁹ exhibere: vt sic valeam⁹ interuenientib⁹ eius meritis vite ipi⁹ imitatores fieri: hodierna die ad illuz sermonē vertem⁹: q vidit xpm stantez a dextris dei paratissimū ad eū adiuuādū: put ipse retulit in vbis a nobis pmissis. In qbus tria beati stephani puilegia distinguemus: q cooperātē xpo cū celeberrimū glorioſissimūqz ostendūt.

¶ Primum ordo gratie.

¶ Secōm victorie.

¶ Tertium glorie.

Qualiter beatus stephan⁹ fauente diuina gratia superauit. superbiaz. auariciam. z luxuriā. Caplm. I.

PRimū pviuilegium beati stephani dr gre dc quo sic dr Actl. vj. ca. stephanus plen⁹ gratia ⁊ fortitudie faciebat pdigia ⁊ signa magna in populo. Fuit eqdem in eo gra: qua tria pncipalia peccata ad que cetera reducunt superauit. Primū fuit supbia. Scom auaricia. Tertium luxuria. de qbus Joh. pme canonice. ca. ij. ait. Omne qd est in mundo cocupiscētia carnis est: aut concupiscentia oculor: aut supbia vite. Superbiā nanq superauit p virtutē humilitatis. Luxuriā p vtutē castitatis. ⁊ Auaritiā p vtutem pauptatis. Primo fuit humilis in honore sibi ab ecclesia exhibito. Nā vt scribit Actl. vj. ca. Ipse fuit vn⁹ imo pmus ex septē diaconib⁹ ab aplis ordinatis i ministeriū. Cū em excresceret multitudo credentiū apli decreuerūt eligere septem: q̄ essent administrationi tpali vt ipi vacarent vbo diuino. Et elegerūt stephanū virū plenū fide ⁊ spiritusācto: ⁊ philippū ⁊ pchorū: ⁊ nicanorē: ⁊ timonē: ⁊ pmenam: ⁊ nicolaū aduenā anthiocenū. In qua electione ⁊ honore sibi exhibito stephanus hūiliter se cōtinuit qd quantū fit laudabile cuz qs in dignitatib⁹ ⁊ honoribus nō tumescit. ptz ex vbo sapientis: qui ca. iij. Ecci ait. Quanto maior es humilia te in oibus: qd Cicero in pmo d officijs elegātissime retulit. In rebus inqt etiam pspexis supbia fugienda est ⁊ arrogantia. nā vt aduersas res sic ⁊ secūdas imoderate ferre leuitatis est. Secundo beatus stephan⁹ superauit luxuriā p vtutē castitatis. nam dr de eo q fuit vir boni testimonij ⁊ mūdissime fame. hoc vo expleri nō potest absq auxilio diuine gre: qr vt ait Aug⁹ in lib. de agone xpiano. Inter omnia xpianor certamina: durioza sunt plia castitatis. vbi quotidiana pugna ⁊ rara victoria. Tertio superauit auariciā p vtutem pauptatis. nā fuit plenus fide. Super que verba inquit Aug⁹ qui verā fidez habent de deo: non cupiūt in his miserijs diutes fieri. Sed pleriq obstinatiōe volūtaria in suis peccatis cōmorantes excusare suā prauitatem satagunt asserētes nō posse vtuose viuere: quia ipis deus non porrigit gratiam suaz: quibus respōdemus q gratiā ad salutē necessariaz deus non denegat: nisi his qui illaz habere nolunt. Ideo Cipzian⁹ in epla ad donatū ait: pro fluens largiter spūs nullis finib⁹ pmit: nec vllis coercentib⁹ claustris intra certa metaz spatia refrenat: manat iugiter exuberat affluēter: nrm tñ pect⁹ sitiat ⁊ pateat quātū illuc fidei capacis afferim⁹ tātū inde gre mūdātis haurim⁹ hec ille Igit vt inqt Aristo. in li. de causis. pma causa inest oib⁹ rebus fm dispositionē vnā tion tñ oēs eā recipiūt fm eandē dispositionez qre ⁊ aliqui gram nec in minimo habēt: qr illaz hre ptemnūt: ⁊ loquor de gra gratum faciente q̄dam gram hñt seruantes in charitate diuina mādata. Alij aio feruētiores q̄ primi ad obseruātiā psilior ascēdūt: qre gra maior esse pōt vno q̄ in alio. Unde Aug⁹ ad dardanum ait. In qbus habitat deus non equaliter habitat. Et idem ad bonifaciū gra merek augeri. quod fm Alexandrū in tertio intelligendū est de magnitudine ⁊ augmēto fm quātitatē vtualē. nō fm quātitatē dimensiuā.

Quare vicit beat⁹ stephan⁹ cuz adiutorio dei tria plia i quor quolibet affuit sibi diuinū auxiliū. Caplm. ij.

SEcundū pviuilegium beati stephani dr victorie. vicit eqdez cū adiutorio diuino malos hoies cuz psequentes: mos nanq malor ē bonis ⁊ vtuosis molestiam inferre. qr fm phor sniaz ptraria simul stare nō possunt: ꝑ mutuo se expellunt vt docet Aristo. x. metaphisice et in pdicamentis. Sicut calidum non stat cū frigido: aut albū cū nigro siue tenebza cū lumie. ibo xxiij. q. iiij. ca. qui fm carnez. Hiero⁹ ait. Qui fm carnē natus est psequebatur spūalē: nunc vo spūalis carnalez psequit sed ignoscit quasi rustico: surrexerunt ergo viri magni contra stephanū pcurantes mortem eius: interueniente triplici prelio.

¶ Primum fuit disputationis.
¶ Scom accusationis.
¶ Tertiū cōminationis.

¶ Primū fuit plium disputationis. de quo dicit. surrexerunt autē quidam de synagoga que apellabat libertinor a regione sic nominatorū fm Nico. de lyra. ⁊ cirenensiū a cirene ciuitate. ⁊ alexandrinorū ab alexandria metropoli egypti ⁊ eorū qui erant a cilicia et asia: que sūt regiones ppinque iudee. disputantes cum stephano in quo prelio datus est sibi spūssanctus qui sibi facundiā ministrauit. fm xpi promissuz qui Luce. xxj. ca. dixit. Ego dabo vobis os ⁊ sapientiam cui non poterūt resistere aduersarij vestri. Ex hoc dicit de stephano. nō poterant resistere sapientie ⁊ spiritui q̄ loquebat. ¶ Secundū plium fuit accusationis. videntes em iudei dei q disputādo succubuerunt callide submiserūt duos falsos testes: q̄ eū i iudicio accusarēt dixerūtq eum blasfemasse deum moysen tabernaculū ⁊ templū: que omnia potentissime confutauit. Et dum loquerek affuit sibi diuinū auxiliū qm intuētes in eum oēs qui erant in cōsilio

viderũt faciem eius tanq̃z faciem angeli q̃bus ip̃e declarauit magnificãdo deum. legem moysen: ⁊ templũ de deo dixit: ip̃m fuisse locutũ patribus qui est deus glorie. ꝺ moyse. q̃ amicus dei fuerit. de lege q̃ fuerat a deo data ꝺ templo q̃ instructũ fuerat ex diuino p̃cepto. ¶ Tertium ꝑlium fuit cõminationis. nã cũ stephanus fuisset multa locutus q̃b⁹ iudei cõtradicere nõ valebant: audientes q̃ dicebãt: dissecabãt cordibus suis ⁊ stridebant dentibus in eum. Tũc videns iminere sibi de proximo mortez: intendens i celum vidit g'oriã dei ⁊ ait. Ecce video celos apertos ⁊ ih̃m stantez a dextris virtutis dei. Hic dubitaꝫ a quibusdã vtrum visio beati stephani fuerit mentalis aut imaginaria vel corporalis. Aliqui dicunt. q̃ fuit mẽtalis tñ: ita q̃ex gra speciali fuit concessuz stephano videre non solũ humanitatẽ xp̃i sed etiã deitatez Sicut ⁊ paulo de quo dicit Aug⁹ ad paulã de videndo deũ: q̃ sibi fuit cõcessuz videre diuinã essentiã eo q̃ erat doctor gentiũ ⁊ moysi qui fuit doctor iudeorũ. Et hoc videt dicere quedaz glo. sup locum istũ que talis est. quidã electoꝝ adhuc in hac vita detenti mũdato cordis oculo videre meruerunt gloriaz dei: vt hic stephanus ⁊ paulus ad tertiũ celuz raptus. Sed hoc dictũ non videtur sufficiens. quoniã vt doctores dicunt visio diuine essentie non est cõcessa alicui i vita p̃senti: vtenti sensib⁹ exterioribus nisi homini xp̃o. vnde ⁊ paulus non dicit deũ sic vidisse: nisi i raptu ab istis sensibus. stephanus autẽ non videt tunc fuisse raptus ꝑ magis vtens sensibus: naz loquebat iudeis audienti bus. Alij opinant. q̃ fuit visio imaginaria: ita q̃ in eius imaginatione fuerũt effigies diuinitus formate ad rep̃sentandũ deum: ⁊ hominez xp̃m. sicut legitur de Esaia ca. vj. q̃ vidit dñm sedentẽ sup̃ soliũ ⁊ mente cognouit significatũ illius: ita ⁊ stephanus habuit visionem imaginariam: ⁊ agnouit significatũ illius rep̃sentationis. Et sic ꝯtum ad hoc fuit non soluz imaginaria visio sed etiã mentalis sicut visiones prophetarũ. Et non est dubiuz q̃ potuit sic fieri: ꝑ ex modo loquendi scripture videt q̃ fuerit corporalis: quia dicit. intendẽs in celũ vidit gloriam dei. Propter qꝺ aliqui dixerunt q̃ visus stephani fuit a deo fortificat⁹ intantũ q̃ vidit ipsum existentez in celo empirreo celos acucie visus penetrãdo: sed istud non videt posse stare: q̃ sic visus fuisset extramittẽdo ab oculo: ⁊ nõ intus suscipiendo ab obiecto qꝺ improbat philosophus lib. ꝺ sensu ⁊ sensato. Propter qꝺ vt refert Nico. de lyra sup̃ hoc passu ꝓbabili⁹ videtur dicendũ q̃ a corpe xp̃i existentis in celo fuit imutatus oculus stephani ad visionez humanitatis xp̃i. nã in potestate eius est q̃ corp⁹ ei⁹ sic videat a longe sicut de ꝓpe. Et forte idẽ est de quolibet alio corpore glorioso. q̃ totaliter est subiectũ anime ꝓpter qꝺ videt q̃ ad nutuz eius possit imutare visũ indifferenter a longe ⁊ ꝺ ꝓpe. Sicut in potestate eius est q̃ imutet visum ⁊ videat in ꝓpria vel in aliena effigie. deitatẽ ꝙo videre nõ potuit isto modo: sed sicut i visione imaginaria format in ꝙtute imaginatiua aliqua effigies ad rep̃sentandũ deũ vt dictũ est. Ita exterius põt diuinitus formari ad imutationẽ corporalis oculi sicut suo modo fit i apparitione angelorꝝ quãdo aparent in corporibus assumptis que corporaliter vident: ita aliqua effigies corporalis nõ a deo assumpta: sed formata põt ip̃m rep̃resentare oculo corporali. Et sic ꝓbabiliter absq̃ vlla ꝓtradictiõe potest dici. q̃ sic fuit in visione stephani. mẽtaliter tamen cognouit q̃ illa effigies nõ erat ip̃a deitas nisi tñ rep̃sentatiue. Et huic modo dicẽdi concordat lra cuz dicit. Ecce video celos apertos si igit visio ꝓtacta stephani fuit corpalis: tunc tria ibi fuerũt miracula. Primũ qz vidit celos apertos. qꝺ ꝝm Nico. de lyra intelligendũ est. non q̃ celi fuerũt diuisi cũ sint incorruptibiles sed quia sic clare vidit ac si nullũ esset obstaculum inter mediũ Scõm miraculũ fuit: qz vidit ih̃m in gloria patris: cum ꝝm naturã impossibile sit vt corpus glorificatũ in sua gloria ab oculo corporali nõ glorificato videri possit. Tertium miraculũ fuit: qz cũ corp⁹ xp̃i sit in celo empirreo. videndo ip̃m vidit vltra celum sidereũ aereũ ⁊ cristallinnz. Impossibile est autem ꝝm naturã q̃ oculus corpalis in tanta distãtia possit videre. Si in sup̃ visio stephani fuit mentalis vt ꝓdictum est. tunc factũ est vt eius mens esset a deo illuminata ad noticiã glorie dei ⁊ domini ihu xp̃i filij sui. q̃ nihil aliud posset vl̃ vellet desiderare: nec mortẽ quaz oĩes naturaliter timẽt ⁊ fugiũt timeret sicut ⁊ facto ostẽdit. Judei autẽ cum audissent eum talia dicentẽ: continuerũt aures suas ꝝm glo. ne audirẽt blassemãtem. Sic eũ falso extimabant ip̃m blassemare. Quare educẽtes eũ ex ciuitatẽ lapidabãt: ⁊ testes deposuerũt vestimẽta sua vt celeri⁹ interficerẽt: ad pedes adolescẽtis q̃ vocabat saulus: postea ꝙo fuit paul⁹ vas electiõis. ipe aũt lapidat⁹: vulnerat⁹ cruore ꝑfusus. nõ dicebat heu me dolẽte nõ heu me iuuenẽ: nõ heu me qz morior absq̃ culpa: relinquo mũdũ: parẽtes desero ⁊ amicos: morte violẽta occisus: nõ ꝺ vel similia loquebat. Yz aio hilari: facie ad celũ directa. dñe inquit ihu accipe spiritum meum: ⁊ ne statuas illis hoc pctũ. quod cum dixisset obdormiuit in dño. vbi glo. pulchre dictuz est obdor

miuit ⁊ nō mortuꝰ est: qz obtulit sacrificiū dilectionis: ⁊ obdormiuit in spe resurrectiōis.

Qz beatus stephanus dicit primꝰ martyr ⁊ qualiter multis miraculis coruscauit, qui iam plene beatificatus ē in celis. Capl'm. iii.

Tertiū priuilegium beati stephani dicitur glorie. adeptus nanqz fuit ꝓpter eiꝰ merita copiosa triplicem gloriam.

¶ Prima dr specialis honorationis.

¶ Scda miraculoꝝ opationis.

¶ Tertia plene beatificationis.

¶ Prima gloria dicit specialis honorationis Est eñ in ecclesia dei inter martyres ꝑmꝰ cuiꝰ festuz imediate post natiuitatē domini celebratur. Sed plericqz dubitare solent: quomodo stephanus ꝑmus martyr dicatur: cum ante ipsuz etiam alij martyres ꝓdicētur. nam abel martyr innocentes martyres: Johes baptista martyr non ergo stephano primogenitas martyrij debetur Ad qō respōdemus qz ideo ꝑmus martyr dicitur. quia ipe prius ceteris passus est: post noui testamēti cōsūmationem que facta fuit: quādo omnino cessarunt legalia dū xps dixit cōsūmatum est. etiam quia ꝑmus euolauit. nam alij lz martyrij fuissent passi ante ipm: nihilominus quia nōdum erat aperta ianua nō euolauerūt. Dicitur insup primus martyr: quia passus est ꝓpter fidei defensionem ⁊ confessionem. Innocentes qpe passi sunt ꝓ xpō sed nondū illū confiteri poterant Johānes baptista passus est qz arguebat herodem. abel ꝓpter inuidiā fratris. stephanus autē quia xpm ꝓdicabat filiuz dei regē regū ⁊ dominū dominantiū. Notandū tamen qz beatus stephanꝰ passus fuit die qua eiꝰ inuentio celebrat. inuentū nanqz fuit tunc corpus eiꝰ anno dñi. cccc xvij. honorij ꝑncipis anno septimo. mutauit tamē ecclesia festiuitates vt festū passionis eiꝰ cū ampliore deuotione celebraret imediate post natiuitatē dñi. qz passio eius dignior est qz inuētio. ¶ Secūda glia beati stephani dicit miraculoꝝ operationis. dicit eñ Augꝰ lib. xxij. de ciui. dei. beatū stephanū inumeris miraculis coruscasse ⁊ mortuos sex suis meritis suscitasse. multosqz curasse a varijs languoribus. Et vt ibi refert: flores de altari sancti stephani assumpti cuiusdā mulieris cece oculis impositi sūt qz ꝑtinuo lumē recepit. qdaz insup nobilis marcialis noie: cum infidelis esset ⁊ nequaqz ꝓuerti vellet: cuz plurimū egrotaret generis suꝰ valde fidelis ad ecclesiaz beati stephani venit. Et de ipis floribꝰ qsup altare erāt accipiens ad caput soceri latenter posuit. Sup qs cū ille dormisset ꝓtinꝰ ante diluculuz clamauit vt ad eꝑm mitteret: cū autem eꝑs abesset sacerdos ad eū venit: ⁊ cū se credere diceret baptizatus est. Qui qdiu vixit bñ ybū sp in ore habuit Xpe accipe spm meū: cuz tñ ignoraret: b fuisse ẏba vltima sancti stephani ¶ Tertia glia dr plene beatificatiōis. hanc hz in regno celoꝝ dñm clare videdo: tenēdo: atqz fruēdo: ibi factꝰ est i pace locus eiꝰ ibi possessionē hz opulētā: ibi coronaꝫ aureola: qꝫ daꝫ doctoribꝰ: virginibus: ⁊ martyribꝰ: ō qꝫ plenius in ꝓmonibus de ẏginibus disserem. O igit felix iuuentus beati stephani: que morte ⁊ martyrio fuit in meliūs cōmutata. O ꝑciosa ⁊ delicata tollerātia. O dulces lapides torrētl qbus tam grāde ꝑmiū eternē vite stephanus ipse ꝓmeruit. mortuꝰ fuit ꝓ xpō ⁊ ecce in eternū regnat cū xpō q est benedictus in secula seculoꝝ. Amen.

Sermo qnquagesimus de innocentibus occisis ab herode ascalonita qui xpm puerulū extinguere nitebāt.

Surge et accipe puerū ⁊ fuge i egyptū. angeli ad Joseph loquētl ẏba sūt ista originaliter Mat. j. ca. ⁊ in euāgelio pñtis festiuitatl iniquitas male mētis herodis impij ⁊ crudelis tibi in cuna vagientem ꝑsequi cepit. Nā volēs illum perimere alios paruulos occidi iussit credēs i numero eoꝝ xpm ꝛcludere. Qua de re beatissimis illis innocētibꝰ ecclia sācta honorē debitus tribuit statuēs hanc solēnitatē ad eoꝝ reuerentiā a fidelibꝰ celebrādā. vt aūt mens xpiana ꝑcipere valeat quāta sit obligatio nra ad filium ẏginis diligenduz qꝫ in qualibet etate ꝓ nobis pati non recusauit. in pñti ꝓmone decurremus ea que de illius peregrinatione in egyptum et puerorū interfectione euangelica tradit historia. vbi tria mysteria se offerunt ꝛctemplanda.

¶ Primū dr xpi peregrinatio.

¶ Scdm herodis malignatio.

¶ Tertiū innocentiū coronatio.

Qualit ioseph monente angelo fugit cū ihu ⁊ ẏgine mre i egyptū Ca. i.

Primū mysterium cōtemplandū dicit xpi peregrinatio. Et hoc notat in ꝑma pte euāgelij. cū dr. Angelus dñi apparuit in somnis ioseph dicēs. Surge ⁊ accipe puerū ⁊c. Ad quorum ẏborum explanationē mitiorem tria sunt hoc loco dubia disceptanda.

¶ Primū vtrū xps habuit angelum ad sui custodiam deputatum.
¶ Secōz cur angel⁹ apparuit ioseph i somnis.
¶ Tertiū q̄re in sua fuga xps egyptū petijt.
¶ Ad primū dixerūt aliqui q̄ christus habuit angelū ad sui custodiā. nā Luc. ij. scribit q̄ angelus annunciauit pastorib⁹ xpi natiuitatez q̄ potuit esse angelus eius custos. Et Luce. xxij ca. dicit. Ecce apparuit ei angelus domini confortans eum. vbi Beda ait. In testimoniū vtriusq̄ nature angelus eum cōfortasse et angelus ei ministrasse describit. Insup xps ihs fm humanam naturam ⁊ passibilitatis statū fuit paulominus ab angelis minoratus. vt docet magister sententiaꝝ in. j. di. xvj. Unde q̄tuz ad hoc videbatur angelico indigere p̄sidio Adhuc angelica custodia facit ad anime dignitatez. Unde hiero⁹ sup. xviij. ca. Matth. Magna inquit est dignitas animaꝝ vt vna queq̄ ab ortu nativitatis sue in sui p̄fectuz ⁊ custodiā habeat angelū specialiter deputatū. Anima autez christi cuz sit nobilissima nō debet tanta dignitate p̄uari. Sed cōtrariū tenent doct. in. ij. sentētiaꝝ di. xj. vbi dicit dñs Bonauē. Q̄ xps nō indigebat angelo custodiente: q̄ aduersari⁹ non poterat oppimere p violentiā corp⁹ diuinitati vnitū: nec poterat seducere p astutiā intellectū plenarie a verbo illustratuz: nec poterat allicere p habitias affectū plenitudine gratie confirmatū: Ideo xps nō indigebat angelo bono: nec q̄tū ad corporis defensionē: nec q̄tum ad eruditionem rōnis: nec q̄tum ad incitationē affectiōis non cōpetebat etiam ipi xpo habere angelū custodem: q̄ custodia in custodiente respectu custodiri dicit p̄sentiā quandā. Et quia angeli xpo dño suberant: ideo nullū officiū p̄sidentie ipis angelis respectu cōmitti debebat Quicqd autē de scripturis allegatū est contrariū: de angelis administrantib⁹ ⁊ seruientib⁹ ipi christo non de p̄sidentibus est intelligendū: nunq̄ em sic minoratus est xps ab angelis vt aliquis angelus auderet ei p̄sidere: cuz ita bene sit adorādus christus in cruce ⁊ in sua infirmitate sicut cum apparebit in sua ꝓtute. Cum vero diceba-tur q̄ angelica custodia facit ad hois dignitatem. Dicendū q̄ custodiri ab angelis ita dicit dignitatē in aia respectu aliaꝝ creaturaꝝ que nō cōmittunt angelice custodie: vt tñ dicat imperfectionē respectu angeloꝝ beatoruz qui alie na custodia nunq̄ egent. Et q̄ aia xpi ab instā tisue cōceptionis erat p̄fecte beata angeluz custodientē nō debebat habere: sed bñ ministratem nō vnū tñ sed etiā plures. ¶ Secōm dubiū fuit. Cur angel⁹ apparuit ioseph in somnis. Ad q̄ respōdet Chryſ. in omelia dicēs. Ideo non apparuit manifeste sicut pastoribus: q̄ valde fidelis erat: pastores indigebāt quasi rudes. Virgo indiguit q̄si de maximis instruēda. Similiter Zacharias indiguit aīa p̄lis cōceptionē visione mirabili. Et Remigi⁹ aliā rōnez assignat moralē dicēs. p̄ q̄ angelus in somnis apparuisse dr: mystice designat: q̄ illi a curis terrenis ⁊ secularib⁹ negocijs requiescūt: p̄frui angelica visione merent. Dixit ergo angelus sic apparens ioseph accipere puerū et matrē eius. non dicit accipe matrē ⁊ puerū ei⁹. quia vt dicit Chryſ. non ꝓpter matrē puer natus est sed ꝓpter puerum mater p̄parata. Et notanter dixit matrem eius nō cōiugem tuā: sicut anteq̄ xp̄m peperisset vt ostēderet matris xp̄i ꝓginitas. vt ponit Illarius sup Matthēū. ¶ Tertiū dubiū fuit cur i sua fuga xps egyptū petijt. Ad q̄d respōdet euāgelista. vt impleret iūt q̄d scriptuz est p̄ pphetaz. Ex egypto vocaui filiū meū in sup Esa. xix. ca. ita pphetauit. ascendet domin⁹ super nubē leuē ⁊ ingrediet egyptū ⁊ mouebunt simulacra egypti a facie eius Narrat magister in hist⁹ia scholastica. q̄ ea nocte christus cuz matre intrauit egyptū qua p̄cepto suo exiuerant filij israel Et sicut tunc non fuit domus in qua non iaceret mortuus angelo ꝓcutiente sic ipō ingrediēte non fuit templuz in quo idolum non corruerit. de egypto Isidor⁹ in. xiiij. ethimologiaꝝ libro. ita scribit. egyptus p̄ius area dicebat deinde egyptus vocata ab egypto dani fratre ibi regnante. hec ab oriente syrie est ⁊ mari rubro coniuncta Ab occasu libiam habet a septētrione mare magnum. Regio celi imbribus insueta ⁊ pluuiaꝝ ignara. nilus sol⁹ circūfluens eam irrigat ⁊ inundatione sua fecundat vnde multā terraꝝ patrē fenum ait. Ceteroꝝ quoq̄ negociaꝝ adeo copiosa vt impleat mercibus suis etiam orbē terraꝝ. Jam ad pūssimā ihu matrē redeundū est que egyptū petere a ioseph monita fuit. retulit forte illi spōsus ioseph castissimus excitatus a somno. O virgo dignissima fugiamus repente: q̄ ab angelo didici q̄ herodes tuum q̄rit extinguere filiuz. quisnā explicet quātus timor virgineā mentē inuaserit, quātū sue dolor percusserit cor eius benignuz. puto nanq̄ q̄ mox filiū in brachijs suscipiens lachrymantib⁹ oculis cum ioseph sene puella iter ad deserta direxit. Cōtemplare nūc fidelis anima. quot noctes duxerunt insomnes. quot vicibus sitis estuabant ardore quotiens ⁊ absq̄ cibo ꝓnoctarūt in heremo. Compatere aia mea creatori tuo ꝓ te peregrināti. Cōpatere ioseph q̄ tñ laborat p viribus vt necessitatibus mris ac filij succurrat. ⁊ q̄nq̄ ꝓpter solitudinē loci q̄d querit, inuenire nō potest. Compatere

ꝛ virgini sacratissime que nũc terretur nũc pauet: nunc filiũ inter vbera stringit: nunc faciem ei⁹ lachrymis rigat: nũc adorat: nunc assũptas deplorat penalitates.

De differentia herodis ascalonite. et aliorꝫ qui sic vocati sunt. Et quare nõ eodez anno quo nat⁹ est xp̃s fuerunt innocentes occisi. Et de herodis seuitia. Capm̃. ii.

SEcũdũ mysteriũ ꝓtamplandũ in euangelio ꝺ herodis malignatio. ad qꝺ bene explanandũ tria de herode consideramus.

¶ ꝓzimo differentiã.

¶ Scꝺo sufferentiã.

¶ Tertio maliciã.

¶ ꝓzimo ꝓsideremus differentiã. vt eñ colligimus ex hist⁹ia scholastica. Tres fuerũt herodes. ꝓzim⁹ ascalonita sꝺ q̃ nat⁹ ẽ xp̃s. Scꝺs antipas q̃ decollauit Johez ꝛ fuit fili⁹ herodis ascalonite. Terti⁹ dict⁹ est agrippa q̃ iacobũ occidit ꝛ petrũ incarcerauit: ꝛ iste fuit nepos antipatis. p̃m⁹ fuit innocentũ iterfector. ¶ Scꝺo ꝓsideremus sufferentiã. nõ eñ coiꝑo quo delusus fuit a mag⁹ pueros occidi mãdauit. ꝑ post aliqꝺ xp̃s vt dicit Nico. ꝺ lyra sup ℳatthеũ cũ vellet oẽs pueros bethleẽ interficere ne christus sibi incognit⁹ euaderet. impedit⁹ est ab executione hui⁹ facti. eo q̃ a cesare augusto p epistolã fuit citat⁹. filiorꝫ accusationib⁹ respõsur⁹. eundo aũt romã ꝛ manendo in curia ꝛ redeundo ad iudeã. apposuit annũ ꝛ plus. et ideo feré post duos annos ad regnũ suũ reuersus ꝛ in regno cõfirmat⁹. qꝛsniam ꝓ se ꝓtra filios habuit tunc pfecit necem puerorꝫ ꝑus in mente conceptam. ¶ Tertio cõsideremus herodis maliciã tanto nanq̃ furoꝛe succẽsus fuit neq̃ herodes q̃ vt pderet xp̃m oñes pueros q̃ erant in bethleem ꝛ in oibus finib⁹ ei⁹ occidi mandauerit ab imatu ꝛ infra. id ẽ. ab infantib⁹ duorꝫ annorꝫ vsq̃ ad pueros q̃nq̃ annorꝫ. Cui assertioni fidem facere videntur q̃dam ossa innocẽtũ adeo grãdia q̃ puerorꝫ duos annos habẽtiũ esse nõ possunt. nisi dixerim⁹ corꝑa tunc maioris quãtitatis fuisse. vel ab imatu ꝛ infra. id ẽ. ab infantibus duorꝫ annorꝫ vsq̃ ad pueros vnius noctis. vt eñ ait Aug⁹ in ℳone. Timebat herodes ne puer cui astra famulabant spem suaz infra etatẽ vel supza paulo trãsformaret. tunc adimpletũ est qꝺ dictũ est ꝑ ℍieremiã ꝓphetaz. vox in rama audita est ploratus ꝛ vlulat⁹ multus rachel plorãs filios suos. vbi ℍiero⁹ ait q̃ aũt ꝺ in rama nõ putem⁹ nomẽ loci esse qꝺ ẽ iuxta gabba. Sed rama excelsuz interꝑtat. vt sit sensus. vox in excelso audita est longe lateq̃ dispersa. vnde Chrys. sup hoc loco ait. ploratus fletum paruulorꝫ ostẽdit vlulatus aũt matruz significat lamentũ. Et q: in euãgelio ꝺ rachel plorans filios suos. ℳm Nico. ꝺ lyra metaphorice est intelligẽdũ q̃si rachel sit mater bethleẽ rõne sue sepulture: qz ibi sepulta est vt habetur Gen̄. xxxv. ca. ℍinc ℍiero⁹ sup ℳatthеum ait. Querit quõ rachel filios alteri⁹ tribus scz filios bethleẽ quasi suos ploret. Respõdemus breuiter. qz sepulta fuit iuxta bethleẽ in effrata ꝛ materni corꝑusculi hospitiũ nomẽ matris accepit siue qm̃ iuda ꝛ beniamin q̃ ꝺ rachele nat⁹ ẽ due tribus iũcte erãt. Et herodes ꝑcepat nõ solum in bethleẽ interfici pueros: sed i oib⁹ finibus ei⁹. vnde p occisionẽ bethleẽ: itelligimus multos etiã de beniamin fuisse occisos. o quale edictũ irrationale ꝛ crudele. o q̃ lugubꝛis ꝛ flebilis executio. o q̃ iniusta ꝛ iniq̃ occisio Rapiebant paruuli q̃dam a peccatoꝛib⁹ matrũ: quidam in cuna iacentes: q̃dam blande parentib⁹ alludentes: q̃dam vꝛbane in domibus pambulantes: ꝛ sine vlla pietate: vel ꝓiciebãt ad muros: vel feriebãt gladio: vel strictis in gutture manib⁹ suffocabãt: vidisses tũc in ẽra iacere cadauera paruulorꝫ: vidisses et terrã paruulorũ sãguine madefactã: vidisses mres in q̃libet domo sparsis crinib⁹ tam horrẽdũ flagitiũ: singultibus lachrymis: ꝛ vlulatibus acclamãtes.

Q̃ innocẽtes patiẽdo ꝓ xp̃o meruerũt decorari coꝛona martyrij. Ca. iii.

TErtiũ mysteriũ ꝓtamplandũ ꝺ innocẽtũ coronatio ipos vtiq̃ hac die honorat ecclesia: qm̃ in celis coꝛonã habẽt martyrij. Sz circa h triplex reperit dicẽdi modus. ¶ ꝓzim⁹ est eorũ q̃ tenent paruulos istos occisos nihil meruisse: eo q̃ in eis nondũ erat expedit⁹ rõnis vsus nec voluntarie ꝓ xp̃o patiebant. Cõtra quos est auctoꝛitas vniũsalis ecclesie: que illos martyres noiat ꝛ apellat. vñ dicit in oꝛatione. Deus cuius hodierna die ꝑconiũ innocẽtes martyres: nõ loquendo sꝛd moꝛiẽdo: ꝓfessi sunt. Et Aug⁹ in sermone hodierne festiuitatis ita pulcꝛe loquit. Hodie fratres charissimi natalẽ illoꝛ infantũ colim⁹ quos ab herode crudelissimo rege interfectos cẽ euãgelij text⁹ eloquitur Et ideo cũ sũma exultatione: gaudet terra nra celestiũ militũ ꝛ tantaꝛ parens fecũda ꝛtutuz Ecce pphanus hostis nunq̃ beatis paruulis tantũ ꝓdesse potuisset obsequio quãtum pfuit

odio. nam sicut sacra ꝑsentis diei festa manifestant: quātū ꝓtra beatos paruulos iniquitas abūdauit tātū in eis gr̄a diuine bñdictionis effulsit. Beata es o bethleē terra iuda q̄ herodis regis imanitatē in puerorꝫ extinctione ꝓpessa es: q̄ sub vno tpe candidatā plebem imbecillis infantie deo offerre meruisti: digne tñ illorꝫ natalē colim⁹ quos beati⁹ eterne vite mūdus edidit. q̄ quos mūdo maternoꝫ viscerꝫ ꝓtus effudit. hec Aug⁹. q̄ merita innocentū elegātissime perorauit. ¶ Scōs modus dicēdi ē alioꝫ qui tenuerūt q̄ in innocentib⁹ miraculose accelerat⁹ fuit vsus liberi arbitrij: ita q̄ volūtarie passi sūt. Sed cū ꝫ nō inueniat in scripturis expressum neq; a doctorib⁹ affirmatū: nō est a vobis ita leuiter acceptāduz. qz vt Hiero⁹ refert in epla ad paulinū. Nō de scripturis sanct̄ auctoritatem non hz eadē facilitate ꝓtēnitur q̄ ꝓbat. Et ꝓpterea est terti⁹ modus dicendi sm Tho. scda scde. q. cxxiij. Q̄ martyrij gloriā quam in alijs ꝓpria voluntate meret illi paruuli occisi ꝑ dei gr̄am sunt assecuti. nā effusio sanguinis ꝓpter xp̄m vicē gerit baptismi. vñ sicut pueris baptizatis ꝑ gr̄az baptismalē meritū xp̄i opatur ad gloriam obtinendā. Ita in occisis ꝓpter xp̄m: meritū xp̄i opatur ad palmā martyrij obtinendā. Et ꝫ est qđ Aug⁹ dicit in quodā sm̄one: q̄si alloquens innocētes. Ille inq̄t de vestra corona dubitabit in passione ꝓ xp̄o q̄ etiā paruulis baptismū ꝓdesse nō extimat: nō habebatis etatem qua i xp̄m passurū credere tis: sed habebatis carnē in qua ꝓ xp̄o passuro passionem sustinere. ꝫ ille. Cū itaq; viderim⁹ hos paruulos felicissimos celicolas esse factos: qz ꝓpter xp̄m passi sunt. eos ita veneremur vt etiā ꝓ dño ihu xp̄o simul cuz eis pati nō timeam⁹. Qui ꝓ se laborantes exaltat i fine. et beatos facit in regno glorioso celoꝫ: in quo viuit et regnat per infinita secula seculorum. Amen.

Sermo. lj. de beato Georgio martyre qui fortis fuit in bello temporali ferali et passionali.

FOrtis fuit i bello. Scribunt hec verba originaliter Ecci. xlvj. ca. Gaudet i celis beatissim⁹ Georgi⁹ qñ legitime certauit in terr̄. Corona q̄pe victoribus datur vt inquit Aug⁹ in omelia. et ꝫ paulus exp̄ssit. j. ad Thimo. ij. ca. Non coronabit inq̄t nisi qui legitime certauit quāta vo fuerit Gegorij ꝓbitas et animi fortitudo declarat Ambrosi⁹ in ꝓfatiōe vbi ait Georgius fidelissimus miles xp̄i dū xp̄ianitat̄ ꝓfessio silentio tegeretur: solus iter christicolas dei filiū est confessus: cui et tantā fidei cōstantiā gratia diuina cōcessit: vt tyrānice potestatis p̄cepta cōtemneret et inumerabiliū non formidaret tormenta penarū. hec ille. verūtñ vt ꝫ tutuz eius et sanctitatis excellentiā diffusius explicemus in ꝓsenti sm̄one curabimus aperire. in q̄bus bellis inclitis hic prelator fortis inuētus est et victorioſus. nā lz verba ꝓposita ō Josue dicantur ad litterā: tamē appropriate cōuenire possunt sancto Georgio xp̄i militi inuictissimo Qui fortis fuit in triplici bello.

Primo in bello temporali.
Scdo in bello ferali.
Tertio in bello passionali.

Qualit̄ beat⁹ Georgi⁹ miles fuit strēnuus. Et an sit licitū militare. atq; de duodecim ꝓditionibus quas habere debent hi: qui volūt laudabiliter militiam exercere. Caplm. I.

PRimo beat⁹ Georgius fuit fortis i bello tpali. deseruiuit q̄pe laudabiliter exercitio militari. vñ interrogatus a datiano ꝓside: vñ eēt aut quo noie vocaret. Rñdit Georgi⁹ vocor ex nobili capadocū ꝓsapia. palestinā xp̄o fauēte deuici: ꝫ oia deserui: vt seruire possim liberi⁹ deo celi. Sed in hac ꝓte q̄reret aliqs: vt̄ peccatū sit militare Ad qđ rñdet Aug⁹ li. de vbis dñi. Et ponit. xxiij. q. j. ca. militare. ¶ Militare inq̄t nō est pctm̄: ꝫ ꝓpter p̄dam militare peccatū est. Et idē ad Bonifaciuz. et nō. xxiij. q. j. ca. noli. Noli extimare neminē deo placere posse: q̄ armis bellicis ministrat. In his erat sc̄t⁹ dauid cui dñs tam grande ꝓhibuit testimoniū In his etiam plurimi illius tpis iusti. In his erat ille centurio q̄ dño dixit. Nō sum dign⁹ vt intres sub tectū meuz. Et idez ꝫ manicheos. et habet. xxiij. q. j. ca. qđ culpat. xp̄s tributa cesari monet reddi. qz ꝓpter bella necessaria militi stipendiū ꝓbet. Et de hoc ita scribit. xxiij. q. j. ca. paratus. in fi. Nā si xp̄iana disciplina oia bella culparet: hoc potiꝰ ꝓsiliū salutis petētib⁹ in euangelio diceretur: vt abijcerent arma seq; oino militie subtraherēt. dictū est autē eis. neminē cōcusseritis. Estote ꝓtēti stipendijs vr̄is Quibus ꝓprium stipendiuz sufficere precepit debere militare vtiq; non prohibuit. glo. sup illo verbo concusseritis. Concutere est aliq̄d petere vltra debitū rōne officij alicuius. Notandum tamē q̄ volens debite et laudabiliter exercere: duodecim debet cōditiones habere.

¶ Prima ꝺz laicalis status.
¶ Scda virilis sexus.

¶ Tertia dispositum corpus.
¶ Quarta affectus iustus.
¶ Quinta animus magnus.
¶ Sexta prouium exercitiū.
¶ Septima victus sobrius.
¶ Octaua promptum obsequium.
¶ Nona fidelitas firma.
¶ Decima prudētia circūspecta.
¶ Undecima misericordia benigna.
¶ Duodecima supna confidentia.
¶ Prima cōditio ꝺr laicalis stat⁹. naz clericis z alijs ad cultū diuinū deputatis interdicitur vsus z officiū artis militaris. Sicut ptz. xxiij. q. viij. ca. j. vbi ꝺr. Cū petr⁹ q̄ ꝑmus apl'oꝝ materialē gladiuz vellet exercere vt magistrū a iudeoꝝ iniuria defenderet: audiuit. ꝙuerte gladium tuū in vaginā. Idē ꝙfirmat eadez causa et ōstione. ca. cū a iudeis. ca. non pila. ca. clerici. ca. q̄cūq;. Et di. l. ca. clericū. ꝺr. Nō ꝙuenit militib⁹ ecclesie militare seculo. Rō est ꝑm Tho. scḋa scḋe. q. xl. qz i militari arte multa ē inquietudo ꝙtraria clericali officio: ita q̄ nō sūt cōpatibilia. ꝓpterea dixit apl̄us. ij. ad Timo. ij. ca. Nemo militās deo implicet se negocijs secularibus vt ei placeat cui se ꝓbauit. Nō dictū ponit. lxxx. di. ca. ꝙsequēs. Et. xvj. q. j. ca. sūt nō nulli. Et. xxj. q. iij. ca. placuit. Et. xxiij. q. viij. ca. rep̄hēsibile. z ex̄ ne cle. vel mo. ca. multa. et ca. ꝑ nec. Notādū tn ꝑm Tho. z Alexandrū ꝺ ales in. iij. volumie sūme. qz lz clerici nō possint nec debeāt pugnare manu: pn̄t tn i casu pugnare nutu: iussu: vel auxilio. sicut ꝓbat. xxiij. q. viij. ca. igit. z ca. scire nos oportet. z ca. oīm ti more. in ca. hortatu ꝺr Hortatu z p̄cibus adriani romani vbis ep̄i. Exhortat⁹ karolus rex bellū ꝛ longobardos suscepit. Et in ca. vt p̄dē habet. q. beatus Gregoriꝰ ciuib⁹ tuscie mandauit. vt ꝙtra longobardos arma parārēt z militibus stipendia decreuit. Non solum pugnare ꝑ etiaz arma deferre interdictū ē clericis. vt patet de vita z honesta. cle. ca. clerici. vbi ꝺr. Clerici arma portātes excōmunicēt. glo. tamē ibi dicit. q si trāsituz faciunt p loca periculosa tūc portare possunt arma: ad terrorē latronuz: lz p cutere nō debeāt nisi vim vi repellendo cū moderamine inculpate tutele. ¶ Secḋa ꝙditio ei⁹ q̄ militiaz habet debite exercere dicit virilis sexus. q̄ em̄ vult militare vir esse debet: nō mulier. eo q̄ mulieribus conditio non est apta bellicis artibus sunt nāq; mulieres pauide: timide molles z delicate: nec sufficiūt ferre labores qui requirunt in p̄liantibus. Uerūtamē quādoq; inuente sūt alique mulieres bellicose z strēnue satis. Judith q̄dem vidua vt scriptura sancta tradit. trūcauit caput holofernis. ꝑthafilea amico regina in auxiliū troyanoꝝ venit. multaq; i bello cū suis puellis egit strēnue ac virili ter dimicādo. Semiramis massagetarū regina scribūt Justin⁹ z Oroſi⁹. q̄ nō muliebr̄ iter quādo Cirus bellū sibi intulit: aduentu hostiū territa est. nam cum phibere ipos trāsito araxis fluminis posse transire ꝓmisit: sperans sibi facilioꝝem victoriā inter termios sui regni: z hostibus fugam difficilioꝝ obiectu fluminis. Et cū Cirus flumē ꝓtrāsisset firmasset q̄ aliquātis per castra: simulato metu. q̄si fugiens instructa castra vino epulisq; deseruit. Nō cū regine denūciatum foret. adolescentulū filium ad sequēduz eum cum tertia parte copiaꝝ misit. Adolescēs aūt rei militaris ignarus cū venisset ad castra tanq̄ ad epulas: nō ad p̄lia omissis hostibus ꝓpit ad crapulas. Cirus autē per exploratores edoctus nocte reuertit cunctosq; cum regine filio interfecit. At virago thamiris: perdito vnico filio z militātiū magna parte. nō lachrymis sed hostiū sanguine cogitat iniurias vindicare. simulata igit diffidentia ꝓpter vulnus recenter acceptū. Cirū semp refugiebat quousq; hostem in insidias traxit vbi dispositis in insidijs inter montes ducēta milia persarū cū rege deleuit. adeo q̄ nec tante cladis nūcius supfuerit: Ciriq; caput amputatū in vtre humano sanguine pleno reponi iussit: dicēs. satia te sanguine humano quē triginta ānis sitisti. sanguinez sitisti: sāguinē bibe. Narrat insup Valeri⁹ maximus li. ix. rubrica de ira dicēs. Q̄ semiramis assiriorū regina cū ei circa cultū capitis sui occupate: nūciatū esset babiloniā defecisse altera p̄te crinium adhuc soluta ꝓtinus ad eaz expugnandam cucurrit: nec p̄ius decorē capillorū in ordinē q̄z tātā vrbē in potestatē redegit: q̄ circa statuta est in babilo. nec posito illo habitu q̄ ad vltionē exigendā celeritate p̄cepti tetēdit. Sed cum ista rara in mulierib⁹ sint reperta respectu tot bellorꝝ: que gesta sunt in mundo nō sunt trahenda in cōsequentiā. ¶ Tertia conditio illius q̄ militiā ꝓtuose habet exercere dicit dispositū corpus. Nō em̄ licet militiā assumere his quibus corpora sunt delicata: q̄ vt inquit Hiero⁹ ad demetriadem ꝛginem. Statim corpora delicata frangūt. oportet ergo milites ē robustos: vt ferre possint famē sitim: frigus: calores: z similia. Ideo Vegeti⁹ li. j. de re militari ait. Nūq; credo potuisse dubitari aptioꝝ armis rusticaz plebem que in laboꝝe nutrit: solis ardoꝝem patiens. vmbꝛe negligens: balneoꝝ nescia: delicianꝝ ignara: simplici animo: paruo cōtenta: duratis ad omnē malorū tollerantiaz membris: cui gestare ferrū ducere fossaz: onus ferre: cōsuetudo de rure est. Et Seneca ad Lu

cillum ait. Nullũ laborez recusant manus que ad arma ab aratro transferunt. q̃nam explicet quot laborib⁹ quatiunt. Persepe hi qui ad bel la se conferunt: si q̃s homo scire velit legat cesaris: pompei: scipionis: lucilli: marci antonij: et alioz gesta: imo interrogent cos q̃ nostris temporibus sub his q̃ in rebus bellicis florentissimi fuere mi' itauerũt. dicant ipi quot noctes duxerunt insomnos: quot dieb⁹ non gustauerũt panem: quotiẽs exigente necessitate asperrima frigora: calorescz intensos ptulerũt. Recitat frõtinus de re militari scipionẽ emilianũ in itinere cum amicis ambulantẽ accepto pane vesci solitum. ¶ Quarta cõditio dicit affectus iustus. militandũ q̃dem est p iusticia. scz p patria vel vtilitate rei publice. nam vt ait Tullius lib. j. ō officijs. Belluz ita suscipiat vt nihil aliud nisi pax queri videat: non debet miles finẽ suũ cõstituere lucrũ temporale. aut ppzium cõmodũ sed cõmune bonũ. Propterea Valerius li. iiij. rubrica de abstinẽtia cõmendat: curiũ qui consul factus cõtra samnites ab ipis auro deuinci tẽptatus ẽ. nam dũ scamno sederet ligneo legatis samnitũ vt erat se spectãdũ pbuit: qui paupertatẽ eius mirati magnũ pondus auri publice missum benignis vbis hortati sũt recipe. risit ille z ait. carum vobis z mihi supuacuũ. metallũ in patriã reportare: nõ em̃ habere aurum mihi pciosuz existimo sed aurũ habẽtib⁹ imperare. ¶ Quinta cõditio dicit animus magn⁹. vt em̃ inqt Salustius in catillinario. Semp in bello his maximũ est periculuz qui maxime timent audacia p muro habet. ex hoc Seneca li. iij. de q̃stionib⁹ naturalib⁹ ait. Null⁹ pnitiosioz hostis est: cz quẽ audacẽ angustie faciunt Et Vegeti⁹ li. j. de re militari ait. Hoc ẽ in quo totius rei publice salus cõsistit: vt tirones non tm̃ corporalib⁹: sed etiã animis pstantissimi eligant Et q̃dem cauendũ est ne dubitantẽ formidantẽcz exercitũ ad pugnã publicam aliquando pducas. Et ibidẽ Vegeti⁹ sequit. Ipa die qua certaturi sunt milites q̃d sentiãt diligẽter exploza. nam fiducia vel formido ex vultu: verbis: incessu: moribus cernit z noueris te oportere differre si exercitati bellatores metuunt dimicare. ¶ Sexta cõditio est pzeuiũ exercitiuz p̃m em̃ q̃ ait Cassiodor⁹ lib. j. epistolaruz Ars bellandi si non pludit: cũ fuerit necessaria non habet. Et hoc Vegeti⁹ refert. In omni prelio: non tam multitudo z vtus: cz ars z exercitiuz solet pstare victoriam hoc vtiqz declarant nob exempla. Scribit Frontin⁹ lib. iiij. ō re militari. Q. domiti⁹ corbulo duab⁹ legionib⁹ et paucissimis auxilijs disciplina correptis panthos substrauit Alexãder macedo q̃draginta milib⁹ hominũ iam ante a philipo patre disciplineaf suefactis: orbem terraz agressus innumeras hostium copias superauit Cirus bello aduersus persas. xiij. milibus armatoz innumerabilẽ exercitũ fudit. Luculus aduersus mitridatem z tigrauem cũ q̃ndecim milibus armatorũ hostium innumerabilẽ multitudinẽ inhabilẽ debellauit. Epaminundas dux thebanoruz quattuor milibus hominũ ex q̃bus quadringenti tm̃ eq̃tes erant lacedemonioz exercituz viginti q̃ttuor miliũ peditũ: equitũ miliũ sexcentoz vicit. Hinc est q Vegeti⁹ ait. Nulla alia re videm⁹ populũ romanuz orbẽ subegisse terrarũ nisi armoz exerci. io disciplina castroz vsuqz militie ¶ Septima cõditio or victus sobrius. debent milites esse sobrij z tẽperati: neqz licet eis incontinenter z lasciue vinere. ppterea Valeri⁹ maximus lib. ij. de disciplina militari commendat Quintũ ceciliũ metellũ q̃ aduersus iugurtaz a romanis missus. oia que vires possent effemiare bellantiũ de exercitu remouit. Et Frontin⁹ li. j. de re militari scipionis. cõtinentiã magnificat dicẽs. Scipio african⁹ in hispania cũ inter captiuas eximie forme ẏgo nobilis ad eũ esset pducta: que omniũ oculos in se cõuertebat sũma custodia habita sponso reddidit. Insupqz: aurũ qõ parẽtes eius redempturi: captiuã scipioni attulerant eidez sponso p nuptiali munere dedit. Qua multiplici gra vniuersa gens victa imperio populi romani ac. essit. ¶ Octaua conditio dicit pmptũ obsequiũ nihil vtiqz militibus est ita necessariũ: sicut prompta obedientia: qñ vbi nõ est obedientia: non est ordo. Et vbi non est ordo: ibi cõfusio. Idco Aug⁹ li. v. de ciui. dei. narrat illud qõ ponit Valeri⁹. q̃liter mallius torquat⁹ cõsul missus ptra tusculanos p̃cepto edixit. ne q̃s extra ordinem pugnaret in hostem: q̃ cum oraturus rei gra in ptorio esset: filius ei⁹ in castris remanẽs: a tus. ulano z duce iniurijs fuit puocatus ad iram a q̃ tãdez audiuit. Tuipe cõgredere mecũ: vt modo iam hic cuentu cernat: quãtũ latinus eques p̃stet romano: q̃ verbis puocatus atqz imperij pris oblitus ad bellũ ingredit z hostẽ interfecit spoliisqz detractis ad patrẽ accessit z icẽs. vt me pater omnes tuo sanguine natũ referant: hec spolia capta ex hoste ceso porto qõ vt pater cognouit cõsilio puocato eũ morti tradidit. sic inquiens. Quãdo neqz imperiũ cõsulare: neqz maiestatẽ paternã veritus aduersus edictuz nostrũ extra ordinẽ pugnasti: quãtũ in te fuit disciplinã militarẽ qua stetit vtqz ad hãc diem res romana soluisti: meqz in eã necessitatez adduxisti vt aut reipublice mihi: aut mei meoz z obliui scendũ fit: nos poti⁹ nostro delicto plectemur:

q̄ respublica tanto suo dāno nr̄a peccata luat. mandauit igit̄ lictori vt ip̄m morti traderet: qz tuti⁹ erat ip̄m interficere: q̄ rempublicā militari disciplina carere ¶ Nona ꝓditio ꝺr fidelitas firma. debēt milites eē fideles etiā inimicis: dū eis q̄cq̄ ꝓmittit̄. Vñ Aug⁹. xxiij. q. j. ca. noli ait. fides qñ ꝓmittit̄ etiā hosti seruanda est. Et de hoc satis cōmendant̄ antiq̄ romani: q̄ etiam suis inimicis fidelissimi erant. Vñ Valeri⁹ lib. vj. rubrica de iusticia. dicit camillo falistos obsidenti. ludi magister liberos falistoꝝ tā q̄ ambulandi eā extra murū eductos: tradidit dicēs repetēdis obsidib⁹ necessario ciuitatez imperata facturā. camillus nō solū spreuit pfidiam sed etiā restrictis post terga manib⁹: magistrū virgis agendū: ad parētes tradidit: sic adept⁹ beneficij victoriā: quā fraude nō cōcupierat. naz falisti ob hanc iusticiā se ei spōte dederūt. multa etiā valerius refert ꝺ fidelitate romanoꝝ ac de fide publica. ¶ Decima ꝓditio ꝺr prudētia circūspecta. debent milites magis prudētie q̄ viribus corporis inherere: qz ingeniū superat vires. Et maxime prudentia illis vtenduz est. qz vt dicit Valeri⁹ de disciplina militari. Nihil tam turpe inducit̄ in milite q̄ dicere: nō putabā. eo q̄ cū ois erroz emendationez recipiat. erroz q̄ in bello cōmittit̄ emendationē non recipit ꝑ errorem martis statim sequit̄ penitentia. ¶ Undecima conditio ꝺr miscōia benigna. decet quippe milites esse clemētes atq̄ benignos qñ crudelitas vitiū est satis cōtrariū humane cōditioni. Ideo Aug⁹ li. j. de ciui. dei. dicit de romanis. q̄ amabant sibi in laudib⁹ dici. parcere subiectis z debellare superbos. Et lib. v. laudat clementiā marci marcelli. Egregi⁹ inq̄t romani nois marcus marcellus. q̄ siracusas vrbē ornatissimaz cepit. fertur eam prius fleuisse ruiturā z ante eius sanguinez suas illi lachrymas effudisse. gessit z curā pudicitie etiā in hoste seruande. nam priusq̄ oppidū victor iussisset inuadi constituit edicto. ne q̄s corpus liberum violaret. Quod exemplū ponit̄ a valerio li. v. rubrica de humilitate z clemētia. ¶ Duodecima cōditio dicit̄ superna cōfidentia in deo nāq̄ fiducia milituz est collocanda. qz vt dixit iudas machabe⁹. ij. Machabeoꝝ. iij. ca. Nō in multitudine exercitus victoria belli. sed de celo fortitudo est. Cū his itaq̄ cōditionibus vt valerius refert disciplina militaris est p̄cipuū decus et stabilimentū imperij, z tenacissimū vinculuz z pacis tutela firmissima. Et ꝺ hac ait Ambrosius li. j. de offi. illud qꝺ nō. xxiij. q. iij. ca. fortitudo. Fortitudo q̄ bello patriā tuet̄ a barbar] vel domi defendit infirmos vel a latronib⁹ socios plena iusticia ē. Igit̄ beatissim⁹ gregori⁹ militie tēporali laudabiliter deseruiuit q̄usq̄ ad spūalez militiā longe meliorē se trāstulit.

Qualit̄ draco est aial terribile et quō beat⁹ georgius occiso draco ne cōuertit populū ad fidē xp̄i. Caplm. ii

Secundo beatus Georgius fuit fortis in bello ferali. dum scz feram pessimā draconez ingentem z tuosissime superauit. tamen vt pars ista clarior sit tria ꝯsideremus.

¶ Primū est draconis conditio.

¶ Scōm draconis offensio.

¶ Tertium draconis occisio.

¶ Primū qꝺ ꝯsiderare debemus est draconis ꝓditio. Inq̄t em̄ Isiꝺ. li. xij. ethi. draco maior est cūctis serpentib⁹: siue oib⁹ aiantib⁹ q̄ sūt super terrā q̄ sepe a spelūcis abstract⁹ fert̄ in aerē cōcitaturq̄ ꝓpter eum aer. Est aūt cristat⁹ ore paruo z artis fistulis vim aūt nō in dētibus ꝑ in cauda hz gignit̄ aūt in ethiopia z in india. i ipō in cēdio iugis estus. Et vt refert Plini⁹ li. viij. ꝺ naturali historia. ca. xiij. draco. xx. cubitoꝝ. magnitudine nascit̄ apꝺ ethiopes Et ca. xij. asserit Q. inē elephātes z dracones ꝓpetua ē dimicatio. Nā draco cauda ꝓstringit elephantem z cadere eū facit ꝑ non impune: qz dū interficit elephantē interficit casu et⁹. Supillū aute locū Hieremie. xiij. ca. attraxerūt ventū sicut dracones. Hiero⁹ ait. draco ē aial valde sitibūdum intantū q̄ vix pōt in aqua satiari. Et ideo aperit os vēto vt sic extinguat ardorē sitis vñ cū videt nauim i mari z maxim⁹ est vētus ꝓtra velū. vt ibi hauriat ventū frigidū volat ad velū. z q̄nq̄ ꝓpter magnitudinē corpis z ꝓpter fortē eius impetū subuertit nauem. z naute q̄n vident appropinquare draconē: qꝺ p̄cipiūt ex tumore aque: statim deponūt velum z sic euadūt. Idem dicit Solinus addens q̄ ethiopes vtūt sanguine draconis ꝓ feruorem estus: vescunt etiaz carnibus eius ꝓ diuersos morbos. Sciunt em̄ separare venenū a carnib⁹ eius. nā solū habet venenū in lingua z in felle. Et ideo amputant ei linguā z fel: q̄ receptiua sunt veneni. z sic abstracto veneno vtunt corpe reliquo tā in medicina q̄ in cibo. z hoc videtur tāgere Dauid cū dicit. Dedisti eū escā populis ethiopum. Addit Plini⁹ q̄ vi veneni semp erigitur eius lingua. et q̄nq̄ ex calore veneni inflāmat aerē ita q̄ videt̄ spirare ex se ignē. Aliq̄n etiaz emittit: dū sibilat flatū cōtagiosū. Et inde corrumpit̄ aer z inficit̄ z morbus pestilēs inde generat̄. in mari q̄nq̄ habitat: q̄nq̄ in fluminib⁹ natat in speluncis z antris latitat: raro dormit

achaye ptib⁹ euāgeliū scribēs grecis fidelib⁹ incarnationē dñi fideli narratiōe ostēdit eūdēq; ex stirpe dauid descēdisse mōstrauit sibi ñ imerito scribendo⁹ apl̄o⁹ actuū ptās ⁊ mysteriū dak. In plogo ad ḧ i epla ad hebreos Hiero⁹ lucā cōmendat de illius epl̄e traductōe. ait eñ hanc epl̄am ferk ap̄s ad hebreos ꝓscriptaz hebraica lingua misisse. Cuius sensum ⁊ ordinem retinēs lucas euāgelista post excessū beati pauli apostoli greco ſmone composuit. Tandem Hierony. ad paulinū lucā ita extollit. act⁹ inqt apostolo⁹ nudam ḡdem videret sonare historiam ⁊ nascētis ecclesie infantiaz texere. Sed si nouerim⁹ scriptorē co⁹ lucā esse medicū: cuius laus est in euāgelio animaduertim⁹ pariter oia ꝟba illius aie languētis esse medicinā. Et in plogo Actuū apl̄o⁹ ita Hiero. sequit. lucaz ita diuina subsecuta ē gratia vt nō soluz corporib⁹ sed etiā animab⁹ eius pficeret medicina. Salutat ergo lucas fideles ⁊ credētes in xp̄m. id est. eternā illis oibus salutē exoptat quos instruit ⁊ monet doctrina exemplo ⁊ euangelio scripto vt dñm iesum verbis ⁊ factis ꝓfiteank: q̄a mortuis resurgēt videntib⁹ post discipulis ascēdit i celū vbi cū suis angelis sanctis ac beatissimo luca viuit ⁊ regnat in secula seculo⁹. Amē.

Sermo. liiij. de beato Laurētio martyre qui ꝑbatus a deo triplici igne inuentus elt sine iniquitate.

IGne me examinasti ⁊ non est inuenta in me iniquitas. Scribunk hec ꝟba psalmo. xvj Satis superq; pia ē passio beati Laurētij que ab ecclesia cum grādi veneratiōe celebrak: naz inter martyres facit ipm singularem in ieiunio q̄ in vigilia ei⁹ statuit ieiunandū: in officio ad huc ipm honorat dū p octauā de ipo laurētio sicut ⁊ de stephano singulis canonicl horis ei⁹ memoriā facit festumq; illi⁹ soleniter obseruandum ac sanctificandū cūctis fidelib⁹ sub precepto iubet. Propterea in matutinis legik ſmo venustissim⁹ beati Augl. qui ait. Cum omnes beatos martyres quos nobis tradidit antiquitas honorificētia digna veneremur: p̄cipue tñ beatū laurentiū martyrē debem⁹ tota deuotione suscipe. hec ille. Merito itaq; hodierna die huius martyris laudibus ē incūbenduz: vt sic valeant efficaci⁹ ad illi⁹ reuerētiā corda fideliū inflāmari. Quapropter de ipo ꝟba facturi ō illius examinatiōe ⁊ ꝑbatione facta p ignē dicemus. nā introducik ḡsi ad deū loquēs laurēti⁹ gloriosus i ꝟbis p̄missis themate i q̄b⁹ triplicē ignē ꝑbatōis ⁊ examinatiōis suc distinguem⁹ ostēdētes q; nō fuit i illo inuēta iniq̄tas q̄ seto⁹ tū ardētissime obtulit saluatori nr̄o ibu xp̄o patiens q̄cūq; dura ⁊ seuissima illata sibi supplicia

¶ Prim⁹ ignis dicik diuine dilectionis.
¶ Secūdus ignis primalis miserationis.
¶ Tertius ignis tyrānice pſecutionis.

Qualik beat⁹ laurēti⁹ examinat⁹ fuit igne diuini amoris. ⁊ ō pfectiōe diuine dilectōis ⁊ magnitudīe illi⁹ p̄cepti atq; ō inductiuis ad amorē dei. Ca. i

PRimus ignis in quo examinat⁹ ē ⁊ ꝑbat⁹ iuētus est absq; defectu iniq̄tat| beat⁹ laurēti⁹ ō: diuine dilectionis: amorem dei ignis ē de q̄ dicebat xp̄s Luce. xij. ca. Ignē veni mitterei terrā: ⁊ q̄d volo nisi vt ardeat. Et de isto mysterio dixit de⁹ Leuit|. vj. c. Ignis i altari meo sp ardebit: ḧ ignis amor dei intelligik: q̄ iugiter ardere oz i altari. i. in aia: q̄ aia alta ē eo q; ad imaginē ⁊ dei siltudinē creata Altare q̄pe q̄si alta res interp̄tak. dū g̃ ignis diuini amoris i aia ē succēsus facit tēporalia cūcta ꝓtēnere ⁊ deū sūmū bonū diligere sup oia vitāq; p̄sentem oi periculo mortis libēter exponere: sic factū legim⁹ in beato laurentio vt videbik in sequentib⁹ qui nec tormēta timuit nec mortē acerbissimaz horruit: de q̄ sic inqt Ambro. in sermone hui⁹ dici. fortissimuz martyrē seuissima pſecutoris flāma superare nō potuit: q; lōge ardēti⁹ veritat| radijs mens eius accēsa feruebat. Oz ḧ loco cum loq̄mur de dilectiōe dei tria erunt dubia soluēda.

¶ Primū vtrū possit aliqua creatura deū pfecte ⁊ totaliter diligere.
¶ Secundū quare p̄ceptuz de dilectiōe dei dicitur primū ⁊ maximū.
¶ Tertiū que sūt illa que incitāt nos vt diligamus sup omnia deum.

¶ Ad primū dubiū respōdet Tho. scda scōe. q. xxiij. q; pfectio dilectiōis p̄t dupliciter intelligi vno mō ex pte diligibilis. alio mō ex pte diligēntis Ex pte diligibilis pfecta ē dilectio. cū aliq̄d diligit q̄tum diligibile est. de⁹ aūt tm diligibilis est q̄tum ē bonus. bonitas aūt ei⁹ est infinita vnde infinite diligibilis ē: nulla aūt creatura pōt eū diligere infinite cū quelibet ꝟtus creata sit finita. vnde p hunc modū nulla creatura p̄t deum pfecte ⁊ totaliter diligere. Secūdo perfectio dilectionis pōt cōsiderari ex parte diligentis: ⁊ sic dicitur eē pfecta quādo aliquis ſm totum suū posse diligit: qd̄ quidem cōtingit in dilectione dei tripliciter. Uno modo sic q; totum cor hois actualiter sp ferak i deū. ⁊ hec est pfectio dilectiōis p̄me que non est possibilis i hac

vita in qua impossibile est ꝓpter humane cõditionis infirmitatẽ semp actu cogitare de deo ⁊ moueri dilectiõe ad ipm. Scõo ꝓtingit vt homo ꝑm suuz posse diligat deũ: ita vt oñe suum studiũ deputet ad vacandũ deo ⁊ reb⁹ diuinis ꝓtermissis alijs nisi quantũ necessitas vite ꝓsentis reqrit: ⁊ ista ẽ pfectio dilectionis: q̃ ẽ possibilis in via non tñ ẽ cõmunis oib⁹ nec oẽs obligant ad illã. Tertio ꝓtingit vt homo ꝑm suũ posse diligat deum sic q̃ habitualiter aliqs coꝛ suũ ponat i deo: ita scz q̃ nihil cogitet vel velit qđ sit diuine dilectioni ꝓtrariũ. ⁊ hec ẽ pfectio cõmunis oib⁹ possibilis ad quaz oẽs tenẽt. Ex his ꝓcludim⁹ cũ dño Bonouẽ. in. iij. di. xxvij. q̃ pfectio charitatis ⁊ dilectionis diuine que i hac pñti vita ex pte hominuz diligentiũ deum exigit tñ vt excludat oẽm affectũ cõtrariũ non aũt omnẽ affectuz extraneũ. ¶ Scõm dubium fuit q̃re p̃ceptũ de dilectione dei dicit primũ ⁊ maximũ: sicut dixit xp̃s Ob atth̃. xxij. ca. Ad qđ rñdem⁹ q̃ hoc ẽ multiplici rõne. ¶Prima qꝛ dilectio dei ẽ vita aie: vnde Deut. iij. ca. dicit Elige tibi vitã vt tu viuas ⁊ semẽ tuũ: diligas dñm deũ tuũ. Et Jobes ꝑma Canonica. ca. iij Qui nõ diligit manet in morte. ⁊ Apoc. iij. ca. ꝺꝛ de illo. q̃ sine dei dilectione putat se viuẽ habẽs ꝟtutes alias: nomẽ habes q̃ viuas ⁊ moꝛtu⁹es. Scõ. rõ est qꝛ oẽs virtutes absq̃ amoꝛe dei sunt imꝑfecte: nec põt aliqs sine dei amoꝛe simpliciter ꝟtuosus tueri: ido apl's ad Roma. xiij. dixit. plenitudo legis ẽ dilectio. ⁊ Greg⁹ in omel. inq̃t. nõ hz aliq̃d viriditatis ramus boni operis si nõ mãserit i radice charitatis Tertia ratio est. qꝛ dilectio dei dũ est in coꝛde rationalis creature facẽ eã ꝑmptã fortẽ ⁊ expeditissimã ad quecunq̃ ardua et difficillima toleranda. ideo Greg⁹ in omelia ait. Amoꝛ dei nunq̃ ẽ ociosus operaꝝ eñ magna si ẽ. Si aũt operari negligit amoꝛ nõ est. Et Hiero. ad eustochiũ ita scribit Amemus xp̃m ⁊ ei⁹ semp q̃ramus amplexus: ⁊ facile videbiꝝ omne difficile breuiaq̃ putabimus vniuersa q̃ lõga sũt: ⁊ iaculo illi⁹ vulnerati p horaꝝ momenta dicem⁹. heu mihi qꝛ incolatus me⁹ ꝓlongat⁹ est. Quarta rõ est qꝛ dilectio dei magis vnit aiam cũ deo q̃ q̃libet alia ꝟtus vnde apl's ꝑme ad Cor. vj. ca. dicit. Qui adheret deo vn⁹ spũs ẽ cũ deo. ⁊ Hugo i li. de arra spõ. dic. Scio aia mea q̃ dũ aliũ diligis i eius similitudinẽ trãsformar. ⁊ Aug⁹ sup Jobez inq̃t Talis ẽ vnusq̃sq̃ q̃lis ẽ dilectio sua: si deũ diligis de⁹ es. si hoiez hõ. si terrã terra. Quinta rõ qꝛ dilectio dei magis letificat ⁊ delectat aiaz q̃ q̃cunq̃ ꝟtus. vt inq̃t apl's ad Roma. viij. ca. Diligẽtib⁹ deũ oia cooperanꝝ in bonũ: qꝛ in ꝓsperitate ⁊ aduersitate sp̃ sũt i leticia. ido beat⁹ iacob⁹ ꝺ tudecto dicebat. Amoꝛe dinino amoꝛe. amoꝛe che non sey amato amoꝛe la tua amicitiã e piena di delicia nõ cade may in tristicia lo coꝛ chi te ha assagiato. Tertiuz dubiũ fuit q̃ sũt illa q̃ nos incitant vt diligamus deuz ꝑ oia: ⁊ lz sint multa tñ nos dicemus de q̃q̃.

¶ Primum est scriptura.

¶ Scõm est fractura.

¶ Tertium creatura.

¶ Quartum gratia.

¶ Quintum amicitia.

¶ Primum est ipa scriptura: vnde Deut. vj. ca. scribiꝝ. Audi israel dñs deus tu⁹ vnus ẽ: diliges dñm deũ tuum ex toto coꝛde tuo: ex tota aĩa tua: ⁊ ex tota foꝛtitudine tua. Et eiusdẽ. xj. ca. Ama dñz deũ tuũ. ⁊ Matth̃. xxij. Mare. xij. ⁊ Luce. x. Diliges dñm deũ tuuz ⁊ ꝓximũ tuum sicut teip̃m. In his duob⁹ p̃ceptis totꝛa lex pendet ⁊ ꝓphete. Scõm qđ nos inducit vt diligamus deũ est factura qꝛ ipse fecit nos. Si eñ naturaliter amat filius patrem a quo habet partez coꝛporis sui: quãto magis amare debet deum qui coꝛpus ⁊ animã fecit. Ideo sapiens Eccĩ. vij. ca. ait. In tota anima tua dilige eum q̃ te fecit. Nam si diligẽter q̃s attendat quãtuz est beneficiũ qđ illi deus tribuit dũ coꝛpus dedit vtiq̃ dignũ amoꝛe censebit. Quot eñ sunt mẽbꝛa in coꝛpe tot dei beneficia iueniunꝝ ⁊ magna. Et ꝓ nimio membꝛo plus debeꝝ hõ amare deũ q̃ ament euz multi ꝓ cunctis bñficijs q̃ ab eo receperũt. Si q̃s eñ amiserit oculũ: q̃uis amaret euz qui sibi restitueret. Et si q̃s meruisset amittere eũ: q̃tum diligeret illũ q̃ sibi oculũ cõseruaret. Nõ minus ergo amãdus est q̃ enim ab initio dedit ⁊ datũ cõseruauit cũ sep enumero vtendo illo cõtra deũ euz amittere meruerit homo. Sic referre possum⁹ de singulis mẽbꝛis Et si tantũ amãdus est q̃ dedit coꝛpus: quãto foꝛtius q̃ dedit aiam. Clamant igiꝝ oñia que i homie sunt a deo facta. Ama deũ. Clamãt oculi: ama deũ. Clamãt aures: ama deuz. Clamat lingua: ama deũ. clamãt dentes: ama deuz. clamant manus: ama deũ. clamãt pedes: ama deum. clamat ratio: ama deum. clamat memoꝛia: ama deũ. clamat intellect⁹: ama deũ. clamat voluntas: ama deũ: qꝛ ab ipo sunt omnia. Ob qđ Bern̄. inq̃t. Valde omnino mihi amãdus ẽ q̃ que sum: viuo ⁊ sapio. ¶ Tertiũ qđ nos inducit vt diligam⁹ deũ est oñis creatura. ait eñ ꝺ hoc Aug⁹ lib. x. cfessionũ. Celuz ⁊ terra ⁊ oia q̃ in eis sũt: ecce vndiq̃ mihi dicũt vt te amem nec cessant dicere omnib⁹ vt sint inexcusabiles Dupliciter dicunt creature nobis vt deũ amemus. vno modo ostẽdendo eũ dignissimũ amore nostro. Bonitas eñ vniuersitatis creaturaꝝ

ostendit creatorē esse optimū: ⁊ ideo amore dignissimū. Alio modo dicūt nob vt amem⁹ deū exhibēdo nobis tot inumera bñficia. Nā terra ⁊ fructus eius aqua ⁊ pisces maris. Aer ⁊ volucres celi. Ignis ⁊ claritas solis: ⁊ spēdor stellarū ⁊ lune: ⁊ oīa alia que homini p̄stāt: non cessant suo modo homini dicere. Ama deum: ama deū: ama deū: q̄ cuncta ad vsū tuum ordinauit. Quartū q̄ nos inducit vt diligam⁹ deū ē gr̄a scz nobis tributa: cū deus p̄ nobis incarnatus trigintatrib⁹ annis cū oīb⁹ ꝙuersando pati p̄ nobis voluit famē: sitim: frig⁹: calorem ⁊ tandez subijt iugū grauissime crucis in q̄ sanguinem fundēs morte p̄ciosa genus humanuz redemit. Nā si puerulū ip̄m in p̄sepio nascētez inspicimus: audim⁹ illū dicentez. amor tuus o oia facit me deū celi carne vestitū hoc vili loco teneri. Si pānis inuolutū vel vagientē i cuna: aut herodis iram pegrinando in vlnis matris fugientem miramur. Mox ⁊ ip̄e rñdet. O aia mea amor tuus ad hec oia me compellit Si singulos eius actus subtiliter meditamur oēs ab amore ardētissimo emanare videm⁹ Quid plura vincula: sputa: ludibria: verbera: ꝓtumelie: derisiones: flagella: corona spinea: crux: claui: spongia: lancea: nōne suo modo sonum faciunt amoris. O insensibilis rationalis creatura. O mens ferrea oīi adamāte durior. O deniq̄ ingratissima aīa quaz non inflāmant nō adurunt x̄pi ihu amoris incendia. ꝑpter hec oia Bern̄. in lib. d diligendo deū ait. Quid retribuā dño ꝓ oīb⁹ que retribuit mihi. in p̄mo opere me mihi dedit: in scdo se ⁊ vbi se dedit me mihi reddidit: datus ergo ⁊ redditus me p̄ me debeo ⁊ bis debeo. Quid deo retribuā p̄ se: nā etiam si me millies rependere possem q̄d sū ego ad dñz Et idez sup Can. Sup oia reddit te mihi amabilē bone ihu calix quē bibisti: opus redēptionis nostre hoc amorē nostrū facile vendicat: totum sibi. hoc inquā est q̄ nostrā deuotionez ⁊ blādius allicit ⁊ iusti⁹ exigit ⁊ artius stringit et afficit vehemētius. Et itez in ℞monib⁹ Bern̄. dicit. O duri ⁊ indurati filij adam q̄s nō emollit tāta benignitas tāta flāma tam ingēs ardor amoris tā vehemens amator: q̄ p̄ vilibus sarci nullis tam p̄ciosas merces expendit. Quintuz q̄ nos incitat ad amorē dei d amicitia. de solo q̄pe deo certi ē valemus: ⁊ si eū diligim⁹ nob sit fidelis ⁊ verus amicus. Alij xo amici inueniunt tripliciter infideles. Primo q: aliq̄n nō amāt sz ament. ℔ nō sic est d eo q̄ Prouer. viij ca. ait Ego diligentes me diligo. ⁊ de hoc x̄ps dixit Joh. xxiij. ca. Qui diligit me diligetur a p̄re meo: ego diligā eū. Scdo q: multi sūt amici tpe p̄speritatis ⁊ in aduersitate deficiūt: ido sapiēs Eccī. vj. ca. ait. est amicus s̄m tp̄s suū: ⁊ nō p̄manebit in tpe tribulatiōis. Sz nō sic ē in deo de q̄ d i psalmo. Juxē dñs his q̄ tribulato sunt corde ⁊ q̄z amicos suos ⁊ eoz vtilitatem flagellari sepe p̄mittat: illos tñ nūq̄z deserit quos in tribulatiōe cōfortat. Tertio plerīq̄z amant amicos dū viuūt sed in morte inimici efficiunt: mortuos expoliātes ⁊ bona eoz pauperib⁹ dispensanda tanq̄z lupi rapiētes. Sz deus spiritum a corpore exeunte ad se suscipit: illū q̄z delicijs ac diuitijs eē vite facit particpē. Cōsiderans oia supradicta beatus laurentius patriā scz hispaniā ⁊ parētes reliquit: terrena oia calcauit sp̄reuitq̄z hereditatē: cū filius fuisset vt aiunt nobilissimi ducis: atq̄z beatuz sixtū papam secutus romam vsq̄z puenit: ibi a beato sixto factus est archidiacon⁹: qui tāto fidei zelo ductus fuit: vt nec cōminationes nec ꝓbera dura nec ignis incēdiū horreret Jdo Ambro. i ℞mone sic scp̄sit d illo. ardebat extrinsec⁹ martyr laurēti⁹ tyrāni seuiētis incēdijs: ℔ maior illū intrinsec⁹ x̄pi amoris flāma torrebat.

Qualit̄ beat⁹ laurēti⁹ ꝑbat⁹ fuit igne ꝓximalis miseratiōis, ⁊ an possit elemosyna dari absq̄z charitate, ⁊ si fieri p̄t de illicite acq̄sitis, ⁊ quō p̄t causare spūalem effectum. Caplm. ij.

Secundus ignis quo examinat⁹ est ⁊ ꝓbatus inuēt⁹ absq̄z crimine beat⁹ laurenti⁹ d ꝓximalis miserationis: nā ad ꝓximos misericors fuit. q̄bus thesauros eccl̄ie dispensauit: naz vt recitat in legēda. Tpe beati sixti philippus imperator: ⁊ filius sū⁹ noie philippus fidē x̄pi recep̄at: ⁊ eccl̄iā sublimare plurimū intendebāt Regnauit aūt iste philippus āno millesimo ab vrbe cōdita: vt millesimus rome ann⁹ x̄po potius q̄z idolis diceret: q̄ annus millesim⁹ fuit a romanis cū ingenti ludoz ⁊ spectaculoz aparatu celebrat⁹. Erat aūt cuz philippo impatore miles q̄dā nomie decius: quē misit in galliā vt eā rebellātē imperio romano subiugaret. Qui pergens cum exercitu p̄spere cuncta gessit: victoz q̄z ad vrbē redibat. audiens impator ei⁹ aduentū honorare eū volens eidē a roma vsq̄z verona obuius iuit nec videri debet cuiq̄z duruz hoc q̄d d de verona: quasi vellet eā nouā forte ciuitatē: quoniā vt in cronica ricobaldi scribit tpe tarquinij p̄isci q̄nti regis romanoz: cōdite fuerunt in italia agallie vrbes scz mediolanū brixia verona vincentia. decius igit ambitiōe imperij papilionē impatoris latenter introiuit ⁊ dormientē dñm iugulauit. attraxit aūt exer-

cuū ⁊ illos ꝙ cū impatore venerant ꝑce ꝑcio ⁊ muneribus: atq; cū eis ad vrbē gradu cito ꝓ perauit. audiēs hoc philippus iunio: vehemē ter extimuit: ⁊ totū thesaurū patris ⁊ suū beato sixto ⁊ sancto laurētio cōmendauit vt si ipm a decio interfici ꝙingeret thesaurus ipm eccle sijs ⁊ paupibus erogarēt: nec te moueat ꝙ the sauri quos laurenti⁹ dispēsauit: nō dicunt the sauri imperatoris sed ecclesie: q: potuit eē ꝙ cū ipis thesauris philippi aliquē etiam thasaurus ecclesie dispēsauit: vel forte ido dicunt thesau ri ecclesie q: philippus eos reliquerat ecclesijs dispēsandos. Venat⁹ ergo obuiā decio ꝓcessit ⁊ ipm in imperiū cōfirmauit: ne ꝯo ꝓditorie ꝙ zelo idolatrie dñm suū occidisse videret xp̄ianos cepit crudelissime ꝙsequ adeo vt multi mar tyrio cozonarent inter quos etiā philippus iunio: annumeratus fuit: post hoc oblatus ē de cio beatus sixtus tanq̄ qui xp̄m coleret ⁊ ipe ratoris thesauros haberet: tūc decius in carce re recipi ipm iussit donec ꝙ illata tormēta ⁊ the sauros ꝓderet ⁊ xp̄m negaret. beatus autē lau rentius ipm ꝙsequens: post eū clamabat: quo ꝙgrederis sine filio pater: quo sacerdos sancte sine ministro ꝓperas. Tu nunq̄ sine ministro sacrificiū offerre ꝙsueueras. Quid in me displi cuit paternitati tue: nūq̄d degenerē me ꝓbasti experire certe vtrū idoneū ministrū elegeri cui cōmisisti dominici sanguinis dispēsatiōez Cui beatus sixtus dixit: nō ego te desero fili neq; te derelinquo. sed maiora tibi debent ꝙ fide xp̄i certamina. nos quasi senes leuioris pugne cur sum recipim⁹: te autē quasi iuuenē manet glori osior de tyranno triūphus. post triduū me seq ris sacerdotez leuita: dedit q; ei oēs thesauros p̄cipiens vt ecclesijs ⁊ paupib⁹ erogaret. Qui xp̄ianos diligenter die ac nocte quesiuit ⁊ vni cuiq; ꝓut opus fuerat ministrauit oñesq; pau peribus dispēsauit. ido ecclesia cantat de eo id psalmiste qđ ponit. ij. ad Cor. viij. c. dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in sculū seculi. Que verba ponderāda sūt dispersit eñ dicit: q: plurib⁹ cōdiuisit ⁊ nō vni: dispersit: et non auare retinuit: dedit ⁊ nō vēdidit. dedit li bere sine spe mercedis lucri aut cōmodi aut ob sequij tēporalis. dedit nō dādū post mortē de reliquit pauperib⁹ scz xp̄i non parētibus non diuitibus. ideo iusticia eius manet in seculū se culi: q: merces iusticie eius est eterna: vt expo nit Nico. de lyra. Sed quia hoc loco elemosyna beati laurentij tam sublimiter magnificat li bet tria de ipa dubia disputare.

¶ Primū vtz elemosynā dare sit act⁹ charitat⁹
¶ Secundū vtrū elemosyna fieri possit de illi cite acquisitis.
¶ Tertium vtrum elemosyna corporalis habe at spiritualē effectum.

¶ Ad primū dubiū posset quis dicere arguen do. Qz actus charitatis non pōt esse sine chari tate: sed largitio elemosynaz pōt esse sine chari tate: igit nō erit actus charitatis. nā prime ad Cor⁹. xiij. c. apl's dixit. Si distribuero i cibos pauperū oñes facultates meas charitatē aūt nō habuero nihil mihi ꝓdest. Ad hoc respon det Tho. scōa scōe. q. xxxij. Qz aliq̄d dicit esse actus ꝟtutis dupliciter: vno modo materiali ter sicut act⁹ iusticie est facere iusta: ⁊ talis act⁹ pōt esse sine ꝟtute: nam multi nō habētes habi tum iusticie operant iusta: vel ex naturali rati one: vel ex timore: vel ex spe aliq̄d adipiscendi Alio modo dz aliq̄d esse actus ꝟtutis formaliter sicut actus iusticie est actio iusta eo modo quo iustus facit scz ꝓmpte ⁊ delectabiliter. Et ꝫ modo actus ꝟtutis non est sine ꝟtute. ꝫm ꝫ er go dare elemosynā materialiter ꝑt esse sine cha ritate. dare ꝟo elemosynā formaliter. id est. ꝓ pter deum delectabiliter ⁊ ꝓmpte ⁊ omni eo modo quo delectet: nō est sine charitate elemo syna q̄dem est opus quo dat aliq̄d indigēti ex cōpassiōe ꝓpter deū. ¶ Secōm dubiū fuit vtz elemosyna fieri possit de illicite acq̄sitis. Ad ꝫ respondet Tho. vbi supra. ꝙ aliquid pōt dici tripliciter illicite acquisitū Uno modo illō qō illicite ab alio accipit ⁊ debet ei: nec potest ab eo qui accipit retineri: sicut cōtingit in rapina furto ⁊ vsuris ⁊ de talibus cuz homo teneatur ad restitutionē elemosyna fieri non pōt. Secū do modo est aliquid illicite acquisitū: qz ille ꝙ acquisiuit retinere nō pōt: nec tamē debetur ei a quo acquisiuit scz qz cōtra iusticiā accepit et alter cōtra iusticiā dedit. Sicut cōtingit i symo nia in qua dans ⁊ accipiens cōtra iusticiā legi diuine agit: vnde non debet fieri restitutio ei ꝙ dedit. Sed debet i elemosynas erogari: ⁊ eadē ratio ē in simili⁹ in quib⁹ scz datio ⁊ acceptio est contra legem. ¶ Tertio modo est aliq̄d illi cite acquisitū non q̄dez qz ipa acq̄sitio sit illici ta: ꝫ qz id ex quo acquirit est illicitū Sicut ptz de eo qō mulier acquirit ꝙ meretriciū ⁊ hoc ꝓ prie vocat turpe lucrū. Quia eñ mulier q̄ me retriciū exercet turpiter agit ⁊ ꝛ legē dei. Sed in eo ꝙ accipit non iniuste agit nec ꝓtra legem vnde licite retineri pōt ⁊ de eo elemosyna fieri: nō tamē fit ꝺ tali lucro oblatio ad altare. iuxta illud Deut⁹. xxiij. c. Non offers mercedē pstī buli in domū dei tui: tum ꝓpter scandalū: tum ꝓpter sacroz reuerentiā. ¶ Tertiū dubiū fuit vtrū elemosyna corporalis habeat spiritualem effectū. ⁊ arguit ꝙ nō. Nam effect⁹ nō ē potior sua causa: sed bona spiritualia sunt potiora cor

porālibus: non ergo elemosyna corporalis habet spiritualē effectum. Secundo multiplicata causa multiplicat effectus. Si ergo elemosyna corporalis causaret spūalem effectuz: sequeret q̄ maior elemosyna magis spiritualit̄ ꝓficeret. Nō est cōtra id qđ saluator dixit Luce. xxj. c. de vidua ponēte duo era in gazophilatiū. Respōdet Tho. vbi supra: q̄ elemosyna corporalis pōt tripliciter cōsiderari. Uno modo ſm suam substantiā ⁊ ſm hoc non habet nisi corporalez effectum inquātū scz supplet corporales defect⁹ primo⁹. Alio modo pōt cōsiderari ex pte causę eius inquātū scz aliquis elemosynā dat ꝓpt dilectionem dei ⁊ proximi. Et quātum ad hoc affert fructum spiritualem: vnde sapiens Eccli. xxix. ca. ait. Elemosyna viri gratiam hominis quasi pupillā cōseruabit. Tertio pōt cōsiderari ex parte illius cui datur: ⁊ sic habet spiritualem effectū inq̄tum scilicet primus cui per corporalē elemosynā subuenitur mouetur ad orandum ꝓ benefactore Ad primū itaq̄ argumētū dicendū q̄ ratio illa ꝓcedit de corporali elemosyna ſm substantiā. Ad secundum vero dicit q̄ vidua que minus dedit ſm quātitatez plus dedit ſm suam ꝓportionem: ex quo pensat in ipsa maior charitatis affect⁹: ex qua charitate elemosyna corporalis spūalez efficaciā habet Igitur beatus laurenti⁹ ex hoc maxime cōmendat quia totus charitate succensus thesauros pauperibus dispensauit. Nec obstat q̄ sui nō erāt quos si voluisset potuisset ꝓ se retinere: cū etiā si ꝓ illos possedisset: adhuc distribuisset pauperibus ꝓpter diuinū amorem.

Qualiter beatus Laurentius examinatus est igne tyrānice persecutionis de gratia constātia ⁊ gloria beati laurentii. Capl'm. iii.

Certi⁹ ignis quo examinatus est beatus Laurentius ⁊ nō est inuenta in illo iniquitas impatientie: dicit tyrānice ꝑsecutionis: nam decius ꝑsecutus est eum vsq̄ ad mortem: quā ipse letanter ꝓ xpō suscepit. de hac tamen illius ꝑsecutione cōsiderare debemus tria.

¶ Primo gratiam.

¶ Secundo cōstantiam.

¶ Tertio gloriam.

¶ Primo consideremus gratiaz quā deus cōtulit beato Laurentio in miraculis faciēdis et cōuertendis gētilib⁹. veniens nanq̄ ad domū cuiusdam vidue que multos xp̄ianos in domo sua absconderat: quā longus dolor capitis detinebat: imposita manu sup caput eius eā a dolore capitis liberauit ⁊ pauperū pedes lauans omnibus elemosynā dedit. Eadem nocte in domo cuiusdam xp̄iani veniens quendam cecum ibi reperit ⁊ facto signo crucis cū illuminauit: vnde ecclesia cantat de eo Laurentius bonum opus operat⁹ est: q̄ per signum crucis cecos illuminauit. Cum autē beat⁹ Sixtus decio nollet cōsentire nec idolis immolare ip̄m decollari ꝑcepit: accurrens autē beatus Laurentius post ip̄m exclamabat. noli me derelinquere pater sācte: q̄ thesauros tuos iam expēdi: quos tradidisti mihi. Tunc milites audientes thesauros laurentiū tenuerunt. ⁊ perthemio tribuno tradiderūt. Ipe autem decio eum p̄sentauit. Qui tradidit euz Valeriano ꝓfecto vt aut thesauros ꝓdat ⁊ sacrificet idolis: aut diuersis eum interire faciat supplicijs ⁊ tormentis. valerianus autem cuidam vicario nomīe hipolito in custodiam euz tradidit: quē ille cū multis alijs i carcere recluſit. Erat autē ibi in custodia q̄daz gētilis nomine lucillus qui plorando lumen oculorum amiserat. Cui beatus Laurenti⁹ lumē se restaurare ꝓmisit: si in xp̄m crederet et baptismū susciperet: ac ille se baptizare instantius postulauit. Accipiens ergo Laurenti⁹ aquā dixit ei: omnia in cōfessione mundat. Cunq̄ illuz de articulis fidei interrogasset diligēter. Et ille oia se credere confessus fuisset: aquaz sup ei⁹ caput effudit ⁊ ip̄m in christi nomīe baptizauit. Statimq̄ qui cecus fuerat lumen recepit. Quapro pter multi ad eum ceci veniebāt: ⁊ ab eo illuminati redibāt. Interrogat⁹ ab hipolito ō thesauris: ita respondit q̄ ip̄m ad fidem ꝓuertit ⁊ cuz omni familia baptizauit. Secūdo considerem⁹ beati Laurētij cōstātiam quā habuit in tormētis: post omnia q̄dem supradicta mandauit valerianus ad hipolitū vt Laurentiū p̄sentaret: cui Laurenti⁹ ait. ambulemus pariter q̄ mihi ⁊ tibi gloria ꝓparatur. ad tribunal igitur ambo veniūt et fit iterum inquisitio de thesauris: laurenti⁹ autē triduo indutias petijt: quas valerian⁹ eidē ſb hipolliti pollicitatiōe cōcessit: in hoc triduo Laurēti⁹ pauperes claudos cecos ⁊ alios collegit: ⁊ eos i palatio saluſtiano cora decio ꝓsentauit dicens Ecce isti sunt thesauri eterni qui nunq̄ minuūtur sed crescunt: q̄ singulis dispergunt ⁊ in omnib⁹ inueniunt. horū enim manus thesauros in celum deportauerūt Valerianus p̄sente decio dixit. Quid variaris per multa iam nūc sacrifica ⁊ magicam artē depone. Cui Laurenti⁹. Quis debet adorari qui factus est an qui fecit. Iratus decius iuſſit euz scorpionibus cedi: ⁊ omne genus tormentorū ante ip̄m afferri: quem cū sacrificare iuberet vt hec tormēta euaderet. respōdit infelix: bas epu

las semper optaui. Tunc iubente decio nudus fustibus ceditur ⁊ ardētes lamine ad latera apponūtur. Dixitq; laurenti⁹. Domine ihu christe deus de deo miserere mihi seruo tuo: q; accusatus non negaui: interrogatus te dominuz cōfessus sum. Dixitq; ei decius. scio q; per artē magicā tormenta deludis: me tamen deludere non valebis. Jussitq; eū plūbatis durissime cedi: laurētius autem orauit dicēs. Domine ihu christe accipe spiritū meum: tūc audiēte decio vox insonuit. Adhuc multa certamina tibi debentur. Tūc decius furore repletus dixit: viri romani: audistis demones istum sacrilegū consolantes: qui nec deos colit nec tormēta metuit nec iratos pncipes expauescit. Jussitq; iterum eum scorpionib⁹ cedi. Subridens autē Laurētius gratias egit: ⁊ p astātibus exorauit: eadē hora romanus in xpm credidit. Reclusus post hec iterum Laurenti⁹ in custodia hipoliti: nocte sequenti Laurenti⁹ ad decium adducit. cui decius: aut inḡt dijs sacrificabis aut nox ista i te cum supplicijs expendet. Cui laurētius mea nox obscurum non habet: sed omnia in luce clarescunt. Dixitq; decius: afferat lectus ferreus vt requiescat in eo contumax Laurenti⁹: mini stri ergo eum exuentes sup craticulā ferreaz extendūt: ⁊ prunis suppositis eū cū furcis ferreis cōprefferunt. Dixitq; laurenti⁹ valeriano. discede miser: q; carbones tui mihi refrigeriuz: tibi autē eternuz supplicium pstant: quia ipe domin⁹ nouit q; accusat⁹ non negaui euz: interrogatus christū cōfessus sum: assatus gratias ago: dixitq; hilari vultu ad deciū. Ecce miser assasti vnā partem gira aliam ⁊ manduca. deinde subdidit grās ago tibi domine: quia ianuas tuas ingredi merui: ⁊ sic spiritū emisit. Confusus decius cum valeriano ambulauit in palatiū tiberij relicto corpore sup ignē. Nō hipolitus mane rapuit ⁊ cum iustino pbytero in agro verano cōditum aromatib⁹ sepeliuit. ¶ Tertio cōsideremus gloriā quam assecutus est beat⁹ Laurētius post susceptū martyriū ⁊ ille que in celis est ⁊ nobis est inscrutabilis obmissa tm̄ ad eā dirigamus mentē quaz tribuit illi deus in sua ecclesia militante fecit q̄dem deus sanctū suū martyrem multis miraculis coruscare: de q̄bus p deuotione nostra aliqua pauca narremus. Refert Greg⁹ turonensis. q; dum q̄dam sacerdos quandum ecclesiā sancti Laurētij repararet ⁊ trabes quedam nimiū breuis esset. rogauit beatum Laurentiū vt qui paupes fouerat sue inopie subueniret. Que subito sic excreuit vt ps non modica abūdaret. Quaz partem sacerdos minutatim incidit et multas inde infirmitates sanabat. Quidā insup pbyter nomine Santulus beati laurentij ecclesiā a lōgobardis incensam reparare volens artifices multos cōduxit. Quadā autē vice dum q̄d eis apponeret nō haberet pmissa oratione respexit in clibanū ⁊ ibidem candidissimū panem inuenit. Sed cū vix ad vnius prandij esum tribus psonis sufficere videret laurenti⁹ artifices suos nolens deficere sic p̄dictuz panem multiplicari fecit q; in alimentum decem dierū operarijs cūctis sufficit. Sūt ⁊ alia huius sācti miracula que causa brevitatis omittim⁹. igit deuotiōe qua possumus beatū Laurētiū depcemur vt sua intercessione nos dignos efficiat qua mediāte puenire valeamus ad illam gloriā sempiternā in qua ipe letatur cuz domino ihu xpo. Cui sit honor ⁊ gloria in secula seculorz. Amen.

Sermo quinquagesimus quintus de sancto Augustino preclarissimo lumine ecclesie sancte dei.

Christ⁹ purgauit peccata ipius ⁊ exaltauit ineternuz cornu eius. Sapietis sūt verba ista originaliter Eccī. xlvij. ca. Ex omni parte resonant laudes eximie augustini doctoris pstantissimi. Tanta ex verbo illaz copia est vt nō nisi longissimis orationib⁹ explicari queāt. veruntamē ne in solennitate ipius ab eius deuotione mens nostra ieiunet aliqua d ipo patre celebratissimo breuiter disserem⁹. Gaudent quippe brevitate moderni. vt notat. ff. q; metus cau. l. j. C de appellationib⁹. l. ampliorē. §. in refutatorijs Colligemusq; aliqua ex multi que sancti augustini ⁊ merita ⁊ gloriam exprimunt verba sapientis in thematе in q̄bus tria mysteria d beato augustino distinguemus.

¶ Primū dicit conuersionis.
¶ Secundum cōmendationis.
¶ Tertium magnificationis.

De puersione beati augustini ⁊ d his q̄ induxerūt euz ad heresim ⁊ de erroribus manicheorz. Caplm. I.

Primuz mysterium declarandū de beato augustino dicit cōuersionis de quo dicit. xps purgauit peccata ipius. hoc vtiq; factuz fuit: dū relicta vanitate pbor: abiecta q; impijssima heresi manicheorz in xpm pfecte credidit et sacrū baptisma suscepit ad q̄ plenius intelligendū tria in hac parte dubia pponemus.

¶ Primum que fuerint cause augustinū ad heresim manicheorz inducentes.

¶ Secundū qui sunt manicheoꝝ errores p̄ncipales ⁊ detestādi.
¶ Tertium que fuerunt media ad penitentiaꝫ ⁊ cōuersionem augustini cooperantia.
¶ Ad p̄mū dubium respondemus q̄ fuerint tres cause p̄cipue que induxerunt augustinuꝫ in errores manicheoꝝ. ¶ Prima dicit intellectꝰ existimatio. Secūda affectus inordinatio Tertia cordis obduratio. ¶ Prima causa fuit existimatio intellectus: habuit nanq̄ ex dono nature tantā ingenij sublimitatē tātūq̄ itellectus acumē vt videat quodāmodo impossibile qđ ip̄e de se in v̄itate fatet. Ait em̄ sic in lib. cōfessionū. Oēs libros artiū quas liberales vocāt tūc nequissim⁹ cupiditatū iniquaꝝ seruus per meipm̄ legi ⁊ intelleꝛi quoscūq̄ legere potuit. Quicqđ em̄ ē de arte disserēdi ⁊ loquēdi Quic quid de dimensionib⁹ figurarū ⁊ de musicis et de numeris sine magna difficultate nullo homi nū tradēte intellexi. Scis tu dñe deus meus q̄ celeritas intelligēdi ⁊ discēdi acumē donū tuū est: sed non inde sacrificabā tibi: hoc ideo sic cōcludit qm̄ non se hūiliabat deo neq̄ scripturis sanctis p̄bere volebat assensuꝫ. Et vt Bern̄. super cantica asserit. Superbo loco veritas non videt. Et sup illud Hieremie. xlix. arrogantia tua et supbia cordis tui decepit te. glo. ait. ois hereticus arrogans quia supbia facit hereticū non ignorātia. Greg⁹ insup dicit. Tanto a dei luce supbi lōge sunt quāto apud se humilis nō sunt. Ad hanc itaq̄ dementiaꝫ supbi deueniūt vt intellectum eoꝝ minime limitatū arbitrent̄ creduntq̄ illum ꝓpria vi attingere posse oīa intelligibilia. Sic ⁊ augustin⁹ putabat se absq̄ deo suo intellectu omnia penetrare: ob quod si nebat eum deus ruere in tenebras erroꝝ: vnde in lib. cōfessionum loquēs ad deuꝫ dicit. tumore meo sperabar a te ⁊ nimis inflata facies claudebat oculos meos. Et iterū in eodem libro. instituī animuꝫ intendere in scripturis sacris: sed visa est mihi scriptura indigna quā tuliane dignitati cōpararem. Tumor em̄ mētis fugiebat modum eius. Illa autez erat que cresceret cum paruulis: sed ego dedignabar ē paruul⁹ ⁊ tumidus fastu grandis mihi videbar. ¶ Secūda causa que induxit augustinū in errores fuit affectus inordinatio. inclinauerat q̄ppe affectuꝫ suuꝫ inordinate ad ista tēporalia bona ad diuitias ad gloriā vanam ⁊ similia. Nam de cartagine romā ⁊ de roma mediolanū perrexit: vt rethoricā venderet illam scz legēdo ⁊ sue cupiditati ⁊ glorie satisfaceret: vnde ip̄e ait in lib. confessionū. Boccebā artem rethoricā ⁊ victoriosā loquacitatem victus cupiditate vendebā. Et iterum in eodem libro. Exalabant nebule de limosa cōcupiscentia carnis ⁊ scatebra pubertatis ⁊ obnubilabāt coꝛ meū vt nō discerneret serenitas dulcedinis a caligine libidinis. Multi em̄ tanto ardore ad hec tēporalia inflammātur vt omnino ceci facti in varios labant̄ errores: hij lz interdū christianos suo ore se fore dicant: tamē in corde nil credunt de vita futura: nec penas timēt. neq̄ desiderāt gloriam sempiternaꝫ ¶ Tertia causa que induxit Augustinū in errores dicit cordis obduratio: vocat⁹ nāq̄ a deo multotiens ⁊ tactus gratia illius nolebat aperire coꝛ suum: imo claudebat illud. vnde in libro cōfessionū dicebat. Vocasti me ⁊ non erat q̄ responderet tibi dicenti mihi. Surge q̄ dormis ⁊ exurge a mortuis: ligatus em̄ eram non alieno ferro ꝫ mea ferrea voluntate. Volutabat̄ ergo augustin⁹ in pditissimis errorib⁹ manicheorum necnō ⁊ aliorū. Nam ad has nugas adductus est vt arboꝛem fici plorare diceret: cum ab ea ficus vel folium tolleret̄. ¶ Secundū dubium fuit: qui sunt manicheoꝝ errores p̄ncipales ⁊ detestādi: ⁊ ad hoc dicimus q̄ sūt tres ¶ Primus est contra p̄ncipij veritatem.
¶ Scōs cōtra incarnationis xp̄i veritatem.
¶ Tertius contra legis antique bonitatem.
¶ Primus erroꝛ manicheoꝝ est cōtra p̄ncipij vnitatem. nam vt dicit in. c. j. de sūma trinitate ⁊ fide catholica. vnuꝫ vniuersoꝝ p̄ncipiū Ad Aristo. ⁊ phi. viij. phisicoꝝ. vnum mouens: ⁊ in libro de causis vnam p̄mā causaꝫ. et in. xij. metaphisice. vnum p̄ncipē appellat. Sed Augustinus cōscribit in lib. de natura boni. manichei duo p̄ncipia ponūt vnum mali aliud boni vn⁹ ꝑm eos p̄ncipes lucis est Cuius habitatio regio lucis sup ista visibilia Alter est p̄nceps tenebraruꝫ ex aduerso: cuius habitatio ē regio tenebrarū: ⁊ vterq̄ p̄nceps habet populū suuꝫ ⁊ a p̄ncipio tenebrarū dicūt esse coꝛruptibilia ⁊ mutabilia. Iste erroꝛ valde cōtumelioſus ē: et creatoꝛi ⁊ creaturis. Creatoꝛi q̄ppe quia magnam ꝙtem sui regni ⁊ glorie sue aufert ei dominū creaturarū visibiliū alteri tribuit. Creaturi etiam cōtumelioſus est: quas retrahit a domino tam honorabili ⁊ subdit eas tam vili seruituti: vt est seruitus diaboli. Sed vt appareat huius erroꝛis falsitas subdemus auctoꝛitates ⁊ rationes q̄bus initit̄ vt sic debilitas eius facilius coꝛruat. Arguūt q̄ p̄mo manichei. q̄ Matth. vj. ca. dixit christus. nemo pōt duobus dominis seruire: vocans diabolū dominū eo q̄ ipse sit dominus mundi: vt ip̄i aiunt: ergo ip̄e ē deus vel creatoꝛ ip̄ius. Sed argumentū non concludit. cum reges gentiū dominent̄. luce. xxij. sed tamē non sūt dij vel creatoꝛes. Secundo arguūt q̄ Matth. vij. c. scribitur. non pōt arboꝛ

bona fructus malos facere. Ex quo inferūt: ergo mala nō possunt esse ab eodē pncipio a quo sunt bona. Ergo sūt duo pncipia vnū bonorū: aliud malorꝝ. Quibꝰ respōdemꝰ q̄ lz arbor bona nō faciat malū fructum: tamen nihil ꝓhibet fructū quē arbor bona ꝓduxit posse putrefieri ⁊ corrumpi: ⁊ nemo adeo fatuus est vt cum videt diuersa pira in archa vel in mēsa: quorum alia putrida sūt: alia sana q̄ ꝓpter hoc non credit ea nō posse esse ex eadē arbore: nec aliqs credat duas mulieres nō posse habere vnā mīez: eo q̄ vna ꝝgo alia corrupta. Sic nihil ꝓhibet diabolū esse bonū creatiōe ⁊ factū a deo: maluz ꝝo sua voluntate. ¶ Tertio arguūt manichei q̄ Johis. viij. c. scribit. vos ex parte diabolo estis. ergo diabolus est creator illorꝝ: quibꝰ verba illa sic dicta sūt. Respondeť q̄ nō sequitur nam pater dicit aliqs alterius: vel q̄ ab eo habet substātiā: vel quia ab eo habet mores suscipiendo eius doctrinā: vel imitādo vitā: ⁊ scōo modo diabolꝰ erat pater phariseorꝝ. ¶ Quarto arguunt Joh. xiij. xp̄s dixit de diabolo. venit eñ pnceps mundi huius ⁊ in me nō habet quicq̄: diabolꝰ pnceps mūdi vocať: ergo mūdus est ab eo. respōdeť q̄ non omnes pncipes sunt dij vel creatores: ꝓterea ipe pnceps erat vsurpatione: vnde iudicio a mūdo erat eiciendus: ꝑm illud Joh. xij. Nunc iudiciū est mūdi nūc pnceps mūdi huius eiciet foras. ¶ Quinto arguūt quia Joh. xviij. dixit xp̄s. regnū meum non est de hoc mūdo. ergo xp̄s non est rex huius mūdi: ergo mūdus est regnum diaboli. Respondeť q̄ regnū xp̄i fideles vocanť: q̄ non sunt de hoc mūdo: qz non sunt dediti mūdanis sunt tamē in mūdo sed quasi exulātes ⁊ eternū dei desiderātes. ¶ Sexto arguūt: qz apostolꝰ scōa ad Cor. iiij. ca. ait. deus huius seculi excecauit mētes infideliū: diabolus ergo deus huiꝰ seculi est. Respondeť q̄ diabolus nū cupatiōe deus est vel dns ⁊ non ꝑm veritatē. Nam ⁊ vēter deus vocať ad ℘hilip̄ē. iij. ca. quorū deꝰ venter est: tamē venter nō est creator: ostendendum est igiť manicheis q̄ oīa sunt creata ab ipo deo visibilia ⁊ inuisibilia. Scribitur nāq̄ Matth. vj. ca. Respicite volatilia celi ⁊c. Et subdiť pater vester celestis pascit illa: ergo cibꝰ corruptibilis quo aues pascunť a patre celesti est. Et Matth. v. c. dicit de pane celesti. pluit super iustos ⁊ iniustos: ergo pluuia est a deo. Et Matth. viij. ca. scribit de xp̄o q̄ vēti ⁊ mare tanq̄ domino obediebāt ei. ⁊ Joh. j. c. Omnia p ipm facta sunt. ⁊ itez ibi. In ppria venit ⁊ sui eum non receperūt. Sed nō erāt p gratiaz sui: cum essent mali: ergo sui erant p creationē. Item mutauit aquā i vinū corruptibile. Joh. ij. ca. ergo ⁊ corruptibilia sunt ab ipo. Et apls ad Roma. ij. ca. ait. ex ipo ⁊ p ipm ⁊ in ipo sūt oīa Et ꝑme ad Cor. x. ca. Ex deo oīa. ⁊ ad Ephe. ij. ca. ipius factura sum. ⁊ eiusdē. iij. c. In deo q̄ creauit oīa. ⁊ ad Collocē. iij. c. In ipo cōdita sūt vniuersa que sūt in celo ⁊ in terra visibilia ⁊ inuisibilia. Et ad Heb. j. ca. Initio tu dne terrā fundasti: ⁊ opa manuū tuaꝝ sūt celi. ⁊ Act. iij. ca. dicit. Tu fecisti celū ⁊ terram. ⁊ eiusdē. xvij. ca. deus q̄ fecit mundū ⁊ oīa q̄ in eo sūt. ⁊ Apoc. x. ca. iurauit p viuētē in secula seculorū q̄ creauit celū ⁊ terram mare ⁊ oīa que in eis sūt. mouenť itaq̄ manichei absq̄ vlla rōne docentes multas fatuitates. ¶ Secundus error manicheorꝝ ē ꝓtra incarnatiōis xp̄i veritatē: dicunt eñ xp̄m non habuisse verā humanā naturā. Sed contra istos est scriptura sacra: que xp̄m affirmat deū ⁊ hominē: hominez ꝝo ꝓfectum ex aia rationali ⁊ hūana carne subsistentē: atq̄ verū redemptorē mundi affirmat q̄ nos redemit p̄cioso sanguine suo. ¶ Tertius error manicheorꝝ est cōtra legis antique bonitatem. dicūt eñ patres veteris testamēti fuisse dānatos: qz legunť aliquādo peccasse ꝯz sīmiliter dicendū foret ō petro ⁊ paulo q̄ aliquādo peccauerūt. qō ipi negāt Sed nos ꝓbamus testimonijs noui testamēti qō ipi recipiunt antiquos patres bonos fuisse atq̄ saluatos: nam legiť Matth. viij. ca. Multi ab oriēte ⁊ occidēte venient ⁊ recūbent cū abraam isaac ⁊ iacob i regno celorꝝ: ergo abraā isaac ⁊ iacob sūt in regno celorū. Item Matth. vij. ca. in trāsfiguratiōe domini apparuerūt moyses ⁊ helias cuz eo loquētes: si damnati fuissent in trāsfiguratione illa nō affuissent. In sup luce. xvj. lazar' mortuus portatus est ab angelis in sinū abrae. Tertio adhuc manichei legē veterē datam eē a principe tenebrarꝝ ⁊ malam esse. Cui errori occasionem dedit ꝑmo legis grauitas. Visū est eñ alicui quibꝰ nō fuisse deū benignū q̄ tam graue onus populo imposuerit. Ad qō dicēdū q̄ cozda iumentorū erecta erant per ꝑsumptionem. Nam docebant Exodi. xviij. ca. Nō deest qui implear: sed deest qui iubeat. Et Exodi. xxiiij. ca. Respondit vniuersus populus simul cuncta q̄ locutus est dominꝰ faciem. ideo humiliādi erat graui onere legis vt ad auxiliū gratie currerēt. Secūdo dedit occasionez huic errori iusticia q̄ puniebanť criminosi. vnde dicūt non fuisse deum benignū q̄ legem tam crudelē dedit. Ad qō dicendū q̄ cum pncipium sapiētie sit timor dei vt scribitur ℘uerb. j. ca. ꝓfectio vero sapiētie sit amor dei. ꝑma lex debuit inchoare a timore malos acriter puniēdo secūda lex debuit sapiētiam ꝑficere cuz amore multis amonitionibꝰ et

ꝓmissionibus ⁊ beneficiorū exhibitionib⁹ inci
tando. Tertio huic errori occasionē dedit ver=
bum apostoli ad Roma. vj. ca. vbi ait. nunc so
luti sumus a lege mortis: et vocat ab apostolo
lex vetus lex mortis. Ad qō dicēdū q⁹ lex mor
tis fuit suis trāsgressorib⁹: sed lex vite fuit inten
tione dantis: sed lex mortis vitio trāsgredientī
vnde subdit apostolus. Quid ergo dicem⁹: lex
peccatū est absit. Sunt ⁊ alij manicheorū erro
res ridendi: quos causa brevitatis omittimus
Si quis autē de illis pleni⁹ edoceri velit legat
sūmam de vtutibus ⁊ ibi materiā istaz bene co
ꝓsecꝫ digestam inueniet. ¶ Tertiū dubiū fu
it: Que fuerūt media ad penitentiā ⁊ conuersi=
onem augustini cooperātia. Et dicim⁹ q⁹ tria:
primū fuit pie matris lachrymosa oratio. Secū=
dū ambrosij facūda ꝑdicatio. Tertiū exemplo
rum ꝓuocatio. ¶ Primuz fuit pie matris lachry
mosa oratio. Ipe nanqꝫ in ꝓuincias africe ciui
tate vero cartaginēsi ortus honestis parentib⁹
genitus ē ex patre scz patritio: matre vero mo=
nicha nuncupata: hec religiosa valde: ⁊ in chri
sti amore fundata plurimū flebat ꝓ filio: ⁊ ip=
sum ad vnitatē fidei reducere satagebat. Qua=
dam autem vice ⁊ ipe in libro cōfessionū testat
mater illa sancta vidit se stare in quadam line li
gnea lz tristem: ⁊ quidaz ei pulcherrimus iuue
nis astitit ⁊ causaz tante tristicie req̄siuit. Que
cum diceret ꝑditionez filij mei augustini deplo
ro. Ille respondit: esto secura: quia vbi tu ibi il
le: ⁊ ecce continuo filiū suuz iuxta se stare vidit
hec post dum augustino retulisset. Ille ait falle
ris mater non tibi sic dictū est. Sed vbi ego ibi
tu. ecōtra illa dicebat. Non fili mihi dictum est
vbi ille ibi tu. Sz vbi tu ibi ille. Rogabat ergo
sedula mater quasi importuna quendaz episco
pum vt ꝓ suo filio intercedere dignaretur. Cui
tanta quodāmodo importunitate deuictus ꝓ=
phetica voce respondit: vade secura quia im=
possibile est vt filius tantarū lachrymarum pe=
reat. De ipa itaqꝫ referre possumus illud quod
christus in ymone qui legitur i festo beati iaco
bi maioris dixit. non sentiebat inquit illa sicut
cetere matres que corpus natorum amant ani=
mā autem contēnunt. Desiderāt enim illos va
lere in hoc seculo: et non curāt quid in alio sint
passuri. Alij militias filijs ꝓuidēt alij honores
⁊ nemo filijs ꝓuidet dominū: ꝑditionem illoꝝ
cum magno ꝓcio cōparāt: ⁊ salutē illis nec do=
no accipe volūt. Si vident illos pauperes tri=
stantur ⁊ suspirāt. Si aūt viderint peccātes ne
mo tristat. vt ostendāt q⁹ corpoꝝ sūt parentes
nō aiaz. hec ille. Dcōm mediuz qō cōcurrit ad
penitentiā ⁊ ꝙuersionē augustini fuit ambrosij
facūda ꝑdicatio. Cū em̄ augustin⁹ apud carta=
ginē multis annis rethoricaz docuisset occulte
matre nesciēte romā venit: ⁊ ibidē multos disci
pulos cōgregauit: his tēporibus mediolanen=
ses a synaco ꝓfecto romanoꝝ petiere sibi docto
rem in rethorica destinari. Erat ibi tūc ꝓsul vir
dei ambrosi⁹ ⁊ ad ꝓces mediolanēsiū illuc mit=
titur augustin⁹: mater autē eius quiescere non
valens cū multa difficultate ad eum venit: ⁊ ip
sum iā nec vere manicheū: nec vere catholicuz
reperit. Cepit autē augustin⁹ beato ambrosio
adherere ⁊ eius ꝑdicationes frequēter audire
Erat em̄ in ꝑdicatione satis suspēsus ne q̄d cō=
tra ipam manicheoꝝ heresim vel ꝓ ipa dicere
tur. quadā vice cōtra illū errorē ambrosi⁹ dili=
tius disputauit ⁊ ipm aptis rōnibus ⁊ auctori
tatibus ꝓfutauit: ita vt errora corde augustini
penitus pelleret. Tertiū mediū qō cōcurrit ad
penitētiā ⁊ cōuersionē augustini dicit exēplo=
rū ꝓuocatio ⁊ inflāmatio. Cū em̄ sicut ipe nar
rat in lib. cōfessionū iam via xp̄i sibi placeret ꝙ
per ipam angustā adhuc ire pigeret imisit dn̄s
in mētē eius vt ad simplicianuz in quo lucebat
gratia diuina pgeret vt sibi estus suos cōferēti
pferret q̄s esset aptus modus ambulādi in via
dei in qua alius sic ibat: displicebat em̄ ei quic=
quid agebat in seculo ꝓ dulcedine dei ⁊ decore
domus eius quā dilexit. Simplician⁹ autē ce=
pit eum hortari ipe quoqꝫ cepit seipm hortari
ac dicere. Quot pueri ⁊ puelle intra ecclesiam
deo seruiūt. tu nō poteris q⁹ isti ⁊ iste? an vero
isti ⁊ iste in seipis possunt ⁊ nō in deo suo: quid
in te stas ⁊ nō stas: proice te in euz ⁊ excipiet te
sanabit te. Inē horꝝ colloquia memoria victo=
rini i mediū venit: vñ exhilarat⁹ simplicianus
narrat Qualiter idē adhuc gētilis ob sui sapiē
tiā rome qō maximū erat tunc statuā meruisset
Et qualiter se sepius christianū dicebat: cui cū
simplician⁹ diceret: non credo nisi videro te in
ecclesia: ille iocādo dicebat: nūquid parietes fa
ciunt hominē christianū: tandez dum ad eccle=
siam venisset ⁊ ei tanqꝫ verecūdo occulte liber
vbi erat symbolū fidei ad legendū datus fuisset
ille in altū ascēdit ⁊ alta voce ꝓnūciauit Tunc
etiaz ab africa quidā amicus augustini nomie
pontianus supuenit ⁊ vitā ⁊ miracula ip⁹ ma
gistri antonij qui nup in egypto sub Cōstātino
imperatore defunctus fuerat recitauit. horꝝ ex
emplis augustinus vehemēter exarsit: ita q⁹ so
ciū suū alipiū tā vultu q̄ mēte turbat⁹ inuasit
⁊ fortiē exclamauit. Quid patimur q̄d audim⁹
Surgūt indocti ⁊ celū rapiūt ⁊ nos cuz doctri
nis nostris i infernuz demergimur: ⁊ accurrēs
in quendam hortum sub quadam ficu se ꝓiecit
vt ipe narrat in lib. confessionum ⁊ amarissime
flens lamentabiles voces dabat. Cū autē ama

rissime fleret audiuit vocem dicentē sibi. Tolle lege: aperuitq; statim codicē apostolicū ⁊ coniectis oculis ad primū cap̄. legit. induimini dominū ihm xp̄m. ⁊ statim ab eo oñes dubietatis tenebre diffugerūt: interim autē tam vehementissimo dolore dētiū torq̄ri cepit: vt fere ad credendam opinionē cornelij pbi succēderet q̄ sūmū bonum anime in sapiētia: sūmū vero bonū corporis in nullū sentiendo dolorē posuerat. tā vehemēs aūt ille dolor fuit q̄ etiā loquelā amisit. Quo circa vt i li. cōfessionū refert in tabulis cereis scripsit vt oñes p eo orarēt vt dolorē illum deus mitigaret: ipe vero cum alijs genua flexit ⁊ subito sanū se sensit. insinuauit ergo per litteras sancto viro ambrosio votū suū vt moneret quid sibi de libris sanctis legenduz esset: quo acrior fieret fidei xp̄iane: at ille iussit Esaiā pphetam ea q̄ euāgelij ⁊ vocationis gentium pnunciator apertior videatur. Cuius pncipiuz cum Augustin⁹ non intelligeret totū aliud tale esse arbitrans distulit vt illud relegeret cū i scripturis sanctis magis exercitatus esset. Adueniente vero paschali tempore Augustin⁹ cum esset annorū triginta cum filio suo a deo dato puero valde ingenioso: quem Augustin⁹ in sua adolescentia dū adhuc gentilis ⁊ philosoph⁹ esset genuerat: necnon cū alipio suo amico sacrum baptisma suscepit: de hac Augustini conuersione scripsit sanct⁹ datius episcop⁹ mediolanēsis li. j. sue cronice. ca. x. de quo datio gregor⁹ memi nit in libris dialogorū. Tunc in illo baptismate ambrosi⁹ cepit. Te deū laudam⁹. ⁊ Augustin⁹ respondit. te dominū cōfitemur. Et sic ipi duo hūc hymnū alternatim cōposuerūt: ⁊ vsq; in finem decātauerūt: ptinus aūt in fide catholica mirabiliter ꝓfirmat⁹ spem omnē quā habebat i hoc seculo dereliq̄t: ⁊ scholis quas regebat abrenūciauit. o miranda dextre dei excelsi mutatio q̄ augustinū nō solū de tenebris eduxit in lucem s̄ illū lumiare grāde i sua eccl̄ia p̄fecit.

De humili penitentia et singulari doctrina atq; integritate vite beati Augustini. Cap̄m. ii.

Secūdum mysterium declarandū de beato Augustino dicitur cōmendatio. Cōmendat quidem maxime de tribus.

¶ Primo de penitentie humilitate.

¶ Secūdo de doctrine singularitate.

¶ Tertio de vite integritate.

¶ Primo cōmendat de penitētie humilitate. nam ꝛ peccata grauia amarissime defleuisset: tamen ex ipa hūilitate de peccatis q̄ nos minima reputamus in lib. cōfessionū deo se dolenter accusat. Sicut de eo q̄ cū puer esset lūdebat ad pilam cū ad scholas ire deberet. Itē de eo q̄ non volebat legere vel addiscere nisi vi a parentib⁹ vrgeret. Itez de eo q̄ fabulas poetarū sicut fabulā enee cū adhuc eēt puer libenter legebat: ⁊ didonē mortuā ꝓpter amorē plorabat. Itē de hoc q̄ de celario vel mēsa parentū aliq̄ furabatur vt pueris ludentib⁹ daret. Itē de eo q̄ in ludos puerorū fraudulētas victorias exercebat. Item de eo q̄ pira de quadā arbore vicina vicinee sue cū esset annorū sedecim furat⁹ fuerat. Accusat etiā se ꝺ eo q̄ aliquādo nimis libēter canē vidit currentē. Et de eo q̄ p agrū transiēs venatione libēter ꝓspexit: ⁊ de eo q̄ domi existēs aranceas museas suis retib⁹ capientes nimis attente ꝓspexit. Ideo aūt de his corā dño cōfitebat vt ipe dicit. Quia aliquādo a bonis meditationib⁹ auertunt ⁊ orationes interrūpunt. Si q̄s ꝺo feruorē cōpunctiones deuotionē ꝙ tritionē augustini penitē. is plene scire desiderat legat libros cōfessionū q̄ vndiq̄ resonāt liquefactionē cordis ipius. Secūdo cōmendat augustinus de doctrine singularitate. Q; singularis ⁊ excellentissim⁹ fuerit in doctrina ostendūt nobis libri q̄os cōposuit: sed ad eius gloriā accedit alioꝝ sanctoꝝ doctoꝝ testimoniū: qui ꝺ augustino loquētes ipm copiosissimis laudibus attolunt. Unde ꝓsper in lib. de vita cōtemplatiua inq̄t Augustin⁹ episcop⁹ acer erat ingenio suauis eloquio: secularib⁹ litteris perit⁹: i ecclesiasticis laborib⁹ studiosus: in quotidianis disputationib⁹ clarus: in oñi sua actione cōpositus: in q̄stionibus soluēdis acutus: in cōuincēdis hereticis circūspect⁹: in expositiōe fidei nostre catholicus: in explanādis scripturis canonicis caut⁹. Quē in libellis meis p possibilitate mea sum secut⁹. Et Anselm⁹ in ꝓlogo monologioñ. nihil potui inuenire nec dixisse qō non catholicoꝝ patꝝ ⁊ maxime beati augustini dictis cohereat. Et policrates lib. ij. c. xvij. narratiōis auctorē magnū teneo Augl. Et possidonius. augustin⁹ sapie lumē p̄fulgidū ꝓpugnaculū veritatis omnes ecclesie doctores tā ingenio q̄ sciētia vicit. Incōparabiliter florēs tam ꝺctutum moribus q̄ influētia doctrinarū. Hugo in didascalō. lib. iij. ⁊ Jsiō. lib. vj. ethimo. De nostris apud grecos origenes in scripturarū labore tam grecos q̄ latinos operꝝ suoꝝ numero superauit: deniq̄ hieronym⁹ sex milia librorꝝ ei⁹ legisse fatet: horꝝ tamē oīuz studia augustin⁹ ingenio ⁊ sciētia sua vicit. nam tāta scripsit vt diebus ac noctib⁹ nō scribere quisq̄ valeat libros suos: sed nec legere quidez occurrat. Et egesippus in ꝓlogo libri de floribus paradi

¶ Prima vtilitas q̃ exorta est ex pdicatiõe sancti vincẽtij: ꝺr pctõꝝ conuersionis. Quisnã explicet ꝯt peccatores audientes ꝟba vite ab ore vincẽtij cõuersi sũt ad dñm deũ suũ: fuerũt fere inumerabiles: inter quos fuerat capitale odiũ multoꝝ annoꝝ ppt̃ necẽ: aut amicoꝝ aut affiniũ aut ⁊sanguineoꝝ generatũ: q̃ eo pdicante cũ magna cõpũctione: in mediũ surrexerũt: clamantes se velle parcere inimicis: ⁊ homicidis: vir aũt dei in his mꝫta cautela vti solebat. Nam hmõi penitẽtes iubebat primũ oscula pacis dare inimicis. Deinde spectante vniuerso populo: a notario publico quẽ ad hoc ipe secũ duxerat: illoꝝ remissiones annotari faciebat. Meretrices: lenones: homicidas: pyratas: dei ⁊ sanctoꝝ blasphemos: ⁊ hmõi generis hoies q̃draginta fere milia reduxit ex scelerꝫ profunditate: nõ solũ ad mentiũ ⁊critionẽ sed etiaꝫ ad agendaꝫ pniaꝫ publicam. Nec durũ videri debet q̃ tm̃ fructum fecerit aiaꝝ: qñ vt pdictũ est pdicabat dño coopante ⁊ sermonẽ cõfirmãte sequentibꝰ signis. Inter q̃ erat mirabile valde. q̃ apud vniuersos hispanie galliecꝫ ⁊ italie populos: sua pdicatio fuerit ⁊ semp sua lingua materna fuerit locutus: oñes tñ sic loquentem intelligebant: fructũ q̃ sue doctrine capiebant: pinde ac si singuloꝝ auditoꝝ lingua loqueret. Huius rei testes fuerunt plurimi theotonici et anglici: quoꝝz idioma quantũ distet a lingua valẽtinoꝝ: nouit populus vniuersus. Testis est et illa gallie regio q̃ nostris tpibus britania appellat. In qua duobus annis stetit ⁊ ibi felicem cursum vite cõsũmauit. Sunt in illa patria homies vtriusq̃ sexus inumerabiles: quos vocant britones britonizãtes quoꝝ idioma obscurissimũ est: vtpote nullis nisi ipis cognitũ: ⁊ q̃ sunt non nisi se inuicẽ intelligentes: qui tamen virũ dei nõ minꝰ itelligebant: q̃ si i coꝝ lingua pdicasset. Ibi multa deus per illũ miracula fecit. Uxor quippe ducis britanie et francie regis filia religiosissima: multis annis infecũda fuit. Sed postq̃ a vincẽtio bñdictionẽz accepit: cõcepit: peperitq̃ filios quoꝝm vnus fuit petrus, vir magne ꝓbitatis: qui patri successit: fuitq̃ dux britanoꝝ. Maxima itaq̃ multitudo erepta ẽ de manibus diaboli: mucrone pdicationis sue Erat eñ in vitioꝝ reprhẽsione terribilis: adeo q̃ frequẽtissime accidit vt multi in peccatis obstinati eius pdicationem audiẽtes: sic cõmoti sunt vt in terrã tremebũdi prostrati coram vniuersa multitudine veniã pcarẽt. Et q̃uis ipis peccatoribus sic terribilis videretur: tamẽ sua ꝟba cũ tãta moderatiõe mitigabat: q̃ ipos miro quodã modo alliciebat vt ad eũ audiendũz traherent. ¶ Secda vtilitas q̃ puenit ex pdicatione sancti vincẽtij ꝺr infideliũ baptizatio. Cõtra iudeos nãq ita acutus ac copiosus acerq̃ disputatoꝝ fuit: eisq̃ ita scripturaꝝ sacrarũ sensum aperiebat: vt in diuersis ciuitatibꝰ sup vigintiq̃nq̃ milia fecerit baptizari. Multi quoq̃ sarraceni quoꝝ in hispania magna copia est sacrilegã ipsoꝝ sectã abnegantes suasione eius sacrũ baptisma susceperũt: quoꝝ numerꝰ octo miliũ ferme fuit Tam gratiosa erat doctrina eiꝰ vt etiam ipi infideles q̃sepe vltro currerent ad ipm audiendũz. Apud cartusiã catalonie ciuitatem: cum ascẽdisset ad pdicandum nõ statim cepit vt solebat. Quorem expectans populus admirabat: quid sibi vellet illa mora in silẽtio. Ipe autẽ hoc aiaduertens. Nulla inquit sit in vobis admiratio. Expecto eñ gr̃az dei vobis aduenturã. veniẽt nanq̃ huc homies quoꝝm aduentꝰ vobis omnibꝰ erit gratissimꝰ. vix ꝟba finierat. Et ecce iudeoꝝ multitudo illuc veniens dixit: se velle vincẽtij doctrinã audire. At vincentiꝰ coram omni multitudine eos interrogobat: quisnã eis suaserat vt illuc pficiscerent? Illi respõderũt q̃ nemine suadente sed sua ꝓpria sponte venerãt. Igit̃ vicentiꝰ dicendi pncipiũ fecit. ⁊ tanta gr̃a diffusa est in labijs eius vt illa die multi ex illis iudeis ad fidẽ xpi cõuerterẽt Rex granate audita suoꝝ opeꝝ celeberrima fama misso legato quodã viro in sua lege doctissimo eum ad suũ regnũ ire obsecrauit: vt nõ solũ videre sed etiaꝫ pdicantem audire potuisset: fide publica sibi pmittens: vt in eius regno posset legem xpi libere pdicare: q̃ ⁊ factũ est. At ipse rex videns ex ea re multos ex suis sacrum baptisma suscepturos timẽs ne ex hoc pelleretur a regno nõ ẽ passus: vt vir dei ibi ꝑmonẽ diuinum effunderet: ob qd ipse ad xpianos redijt.

¶ Tertia vtilitas q̃ exorta est ex pdicatione sancti vincentij dicit̃ suijpius glorificatio Voluit eñ deus ipm gloriosũ reddere: nõ solũ in beata vita: sed in hoc mũdo tam in morte q̃ etiã post mortẽ. Cũ eñ ex britania decedere decreuisset. Ex venetensi vrbe asino vt solebat vect̃ nocte

iter arripuit: ꝓgensq; mꝫta milia passuũ demuz luceſcente die añ portas ciuitatis ſe eſſe deprehendit. Qua ex re ad ſocios conuerſus. Redeamus inq̃t fratres in vrbẽ q; dei volũtas eſt: vt hoc loco vitenr̃e curſus peragaꝫ. ¶Paucl poſt diebus occupatus grauiſſimis febrib⁹ fratres ſuos cõuocauit: eiſq; dixit ſe ex hac vita migraturũ. Factaq; p eũ humili cõfeſſione abſolutione; plenaria abſolutus ꝑm cõceſſionẽ ſibi facta a martino q̃nto ſalutaria ſacramẽta venerabilis ſcnex oia religioſe ſuſcepit. ¶Ꝓpinquãte vo termino vite petijt vt legereꝫ paſſio xp̃i: iuxta narrationẽ quattoz euangeliſtarũ. ¶Poſt ea voluit audire ſeptem pſalmos penitẽtiales. In fine vo totus iocũdus ꝛ hilaris iunctis eleuatiſq; manibus ac oculis in celum. Felix illa anima ad dominũ euolauit. Nonas aprilis anno dñi milleſimoquadrigenteſimodecimonono. Et quẽadmoduz dũ viueret multis claruit miraculis. ſic poſt eius mozte vſq; i hodiernũ diẽ miraculis rutilare non ceſſat. Hunc calixt⁹ tertius in die ꝛ i feſto ſancti petri cathalago ſãctozum ꝓ cõſuetudine xp̃iane religionis aſſcripſit. Hũc omnis eccleſia dei merito veneratur hunc fideles precipuum patronũ habent: ꝛ aduocatum: qui eius preſidium implozantib⁹ cuz fide ꝛ deuotione liberaliſſime ſubuenit. Cuius meritis deprecemur xp̃m vt nobis tribuat eternam pacem. Amen.

Sermo ſexageſimus de cozona beati petri martyris ozdinis ꝓdicatoz

Coronabit̃ qui legitime certauerit. Doctoris gẽtiũ verba ſũt iſta: originaliter. ij. ad Timotheũ. ij. c. Nullus formidare debet inire q̃ cunq; ꝓlium ꝓ xp̃i amoze: qui ꝛ opem ferre pugnantibus eſt paratus: ꝛ victozibus cozonam largitur. Hinc Jacob⁹. j. ca. ait. Beatus vir q̃ ſuffert tẽptationem: quoniam cuz probatus fuerit accipiet cozonam vite quam repzomiſit deus diligentibus ſe. Et paulus de ſe dicebat. ij. ad Timotheũ. v. ca. Bonuz certamen certaui curſum conſũmaui: fidem ſeruaui. In reliquo poſita ẽ mihi cozona iuſticie: quã reddet mihi dominus i illa die iuſtus iudex. ¶Propterea glozioſus petrus martyr audacter cuz hoſtib⁹ anime congreſſus eſt: quem dominus gloria et honoze cozonauit. Cum autẽ hodierna die ſit feſtum eius ad eius laudes enarrandas inuigilare debemus: ꝺ quo locuturi ad cazonã ſue victozie vertemus ſermonem. De qua tria myſteria ꝓponimus contemplanda.

¶Primum ꝺz conditionis.
¶Scõm multiplicationis.
¶Tertium oſtenſionis.

Q cozona beati petri martyris longe ꝓcioſioz fuit: q̃ quozũcũq; impatozũ ꝛ regũ ꝛ de ipa aureola. Caplin. i.

Primus myſteri um cõtemplandum de cozona beati petri martyris: ꝺz conditionis Non enim fuit talis quales cõſueuerunt deferre hi q̃ in bellis temporalibus victozes euaſerunt: de quibus mentionẽ facit ¶Plini⁹ in li. xvj. de natu rali hiſtoria. Dicit eñ q; antiquitus nulla niſi deo dabatur geſtanda cozona: additq; primũ omniũ liberum patrẽ ſuo capiti cozonam ex hedera impoſuiſſe. Romani autem vt etiam atteſtatur Aululſgeli⁹ libzo. v. noctium acticarum. Dabant cozonam triũphalem: obſidionalez ciuicam: muralẽ caſtrenſem: ꝛ naualem. Triumphales cozonc erant aurec. que ob honozez triumphi mittebanꝁ imperatozib⁹. hec antiquitꝰ ex lauro vel mirto erant. Sed creſcẽte poteñia romanozũ ex auro facte ſunt. Obſidionalis corona erat quaz liberati ab obſidione dabãt ducí qui ipos liberauit. Et talis erat graminea ex eo facta gramine quod eo loco generatũ eſſet intra quem clauſi eſſent obſeſſi. Cozona ciuica dicebaꝁ. vt etiã Valeri⁹ ſcribit rubzica de iure triumphandi: quam ciuis ciui a quo fuerat ſeruatus in ꝓlio in teſtem vite ſalutiſq; ſue dabat Et talis ex quercu erat: quoniã cibus victuſq; antiquiſſim⁹ ex quercu fuerat: hac cozona ciuica. Lugelius vir cenſozius in ſenatu Ciceronẽ cõſulem donari a republica cenſuit eo q; eius opa fuiſſet atrociſſima illa ꝓiuratio catiline detecta ꝛ vindicata. Muralis cozona erat aurea q̃ donabaꝁ ab impatoze qui primo ſcandebant muros hoſtiũ Caſtrenſis cozona erat aurea. hanc imperatoz illi donabat q̃ primus caſtra hoſtiũ intrabat. Naualis ſimiliter aurea erat. roſtris nauiũ inſignita: qua donari ꝓſueuerat q̃ primꝰ in nauali ꝓlio armatus in nauem hoſtiuz trãſiliſſet. Cepitq; in bellis piraticis eaz dãte pompeio magno. Erat etiam cozona oualis. ꝛ poſt ea oleagina q̃ ꝛ ſupradicte cũ incredibili gloria portabantur. Sed cozona beati petri martyris omnes illas incõparabiliter excedit que nil aliud eſt niſi premiũ illud eterne beatitudinis q̃ adeptus eſt poſt curſum p̃ſentis vite. In quo aſſecutus eſt aureolã cum vginibus: martyribus ꝛ p̃dicatozibus. Sed vt iſta melius intelligaꝁ: de ipa aureola tria ſunt cõſideranda.

¶Primũ quid eſt aureola.
¶Scõm a q̃bus differt aureola.

¶ Tertiū ḡbus debetur aureola.

¶ Ad primū respōdeꝯ ex dictis in cōpēdio theologie li. vij. ℞ aureola est mētis speciale gaudium: veniens ex ope p̄cellenti ⁊ p̄uilegiato. Ubi sciendū q̄ sicut ex gaudio essentialis p̄mij qđ est aurea redundat in corpore beatoꝝ ḡdaz decor ḡ est i gloria corporis. Sic aureola lz p̄incipaliter sit in mente: p quādam tamē redūdantiam fulget in carne. Ne ꝓpter hoc decor cicatricū ḡ in martyꝝ corporibus apparebit potest dici aureola: qz martyres aliqui cicatrices non habebāt: vtpote qui sunt submersi i aquis: vel consumpti famis inedia: vel squalloꝛe carceris interempti tamē isti aureolam habebūt. ¶ Secundū considerandū a quibus differt aureola. Et respondeꝯ q̄ ab aurea ⁊ a palma Aurea eñ est p̄miū substātiale qđ metaphoꝛice ꝺr coꝛona: tum ex parte meriti: qz non respōdet generi operis: sed radici charitatis: tū ex parte p̄miū per qđ fit aīa particeps diuinitatis. ℙalma ē p̄miū accidētale: qđ nec radici charitatis nec generi operis debeꝯ: sed tm̄ voluntati. Tale p̄miū habuit sanctus martinus: eo q̄ martyriuz desideꝛauit: lz opus non fuerit subsecutuz. Uñ cantaꝯ de ipso. Quem ⁊ si gladius p̄secutoꝛis non abstulit: tamē palmā martyrij non amisit. Aureola ꝙo est p̄miū accidentale qđ respondet operi excellenti ⁊ p̄uilegiato scz martyrio ꝙginitati ⁊ p̄dicationi. ¶ Tertiū ꝓsiderandū ḡbus debeꝯ aureola. et iam p̄diximus q̄ trib⁹ generibus p̄sonaꝝ. ⁊ hoc triplici rōne.

¶ ℙrimo rōne excellentis operationis.

¶ Scđo rōne excellentis supationis.

¶ Tertio rōne excellentis cōformationis.

¶ ℙrimo debeꝯ aureola aliquib⁹ rōne excellētis operationis. qz in ꝙginibus: martyribus ⁊ p̄dicatoꝛibus inueniūꝯ tria excellētissima opera triū potentiaꝝ anime. Excellentissimū enim opus rōnalis est p̄dicatio veritatis. Excellentissimū opus cōcupiscibilis est obseruatio ꝙginitatis. Excellentissimū aūt opus irascibilis ē tolerantia moꝛtis. Secūdo debeꝯ aureola ꝙginibus p̄dicatoꝛibus ⁊ martyribus. rōne excellentis supationis ℑpi nanq̄ supant magnifice hostes anime. s. carnē: mūdū: ⁊ demonia. Naz martyres vincūt mundū: ꝙgines carnē: p̄dicatoꝛes diabolū ℑn martyrib⁹ ergo ē pfectissima victoꝛia de impugnatiōe exteꝛioꝛi. Et hec pfectio victoꝛie consideraꝯ ex duobus. ℙrimo ex magnitudine passionis. qz inter oēs passiōes illatas exterius moꝛs est oībus p̄ncipalioꝛ. Secūdo ex causa pugne q̄ ipe xp̄s est. martyrē eñ nō facit pena. ꝫ eā. i. moꝛs suscepta ꝓpter xp̄m ¶ Martyrio nanq̄ nō debeꝯ p̄miū ꝑm ꝫ q̄ ab exteꝛioꝛi infligiꝯ. sed ꝓpter hoc q̄ p xp̄i nomie volūtarie suscipiꝯ: qz nō meremur nisi p ea que fūt in nobis. ⁊ nō p ea q̄ extra nos. sicut nec demeremur nisi p ea que fūt intra nos. quāto aūt id qđ ḡs sustinet volūtarie difficilius est id voluntati sustinere. tanto voluntas que p xp̄o illud sustinet ostēdiꝯ in xp̄o magis firma. ⁊ ideo excellentiꝭ ei p̄miū debeꝯ. Uirgines insup̄ singularē victoꝛiā de carne obtinēt: q̄uis autez ⁊ vidue pugnant ⁊tra carnē pfectius tamen virgines triumphant: qz nobilissimū victoꝛie genꝰ est nunq̄ hosti cessisse ℙredicatoꝛes adhuc veritatis: diabolū sublimiter impugnant quē nō solū a se sed etiā ab alijs eꝛciunt. Nec est dicendū vt q̄dam volebant q̄ aureola p̄dicatoꝝ debeatur ℙlatis tātūmodo: quibus cōpetit ex officio p̄dicare: sed q̄buscūq̄ ḡ exercent licite actū istum. ℙrelatis aūt non debeꝯ hec aureola q̄uis habeant officiū p̄dicandi nisi actu p̄dicent: qz aureola non debeꝯ habitui sed actui. ¶ Tertio debeꝯ aureola ꝙginibus p̄dicatoꝛib⁹ ⁊ martyribus rōne excellētis ꝓformationis. hi equidem nobilissime conformanꝯ xp̄o qui fuit ꝙgo ⁊ ꝙginitatem illibatam seruauit. fuit martyr in sua passione acerbissima. fuit p̄dicatoꝛ ⁊ veritatem mundo manifestauit.

℞ beatus petr⁹ triplici aureola coꝛonatur ex eo q̄ fuit virgo. predicatoꝛ. ⁊ martyr. Caplm. ij.

Secundū mysteum ꝓtēplandū de coꝛona beati petri martyꝛis: ꝺr multiplicatiōis. Sibi nāq̄ nō vna aureola: ꝫ oēs tres simul debeꝯ.

¶ ℙrima scz ꝓpter ꝙginitatem.

¶ Scđa ꝓpter p̄dicationem.

¶ Tertia ꝓpter martyriū.

¶ ℙrima aureola debeꝯ sancto petro martyri ꝓpter ꝙginitatem. Fuit eꝯdem coꝛpoꝛe ac voluntate virgo mundissimus. de quo sic ait ℑnocen. papa in littera canonizationis eiꝰ. Uirginitatē mentis ⁊ coꝛporis semp illabatā seruauit: nec alicuius moꝛtalis criminis vnq̄ sensit ꝓtagiū: sicut suoꝝ ꝓfessoꝝ fideli testimonio est ꝓbatum. Et hymno sui officij sic de eo cantur ℙetrus flos pulchꝛitudinis ⁊ ꝙtutū sacrariū: nullū moꝛtalis criminis sensit vnq̄ cōtagium. Quare autē sic mūde vixit. Rō est. Ex pte dei auxiliū gr̄e sue illi poꝛrigētis: ⁊ ex pte ipius q̄ in se fuit faciētis. Nā vt dicit p̄fatus ℑnocē. papa. Carnē suaz assidua cibi ⁊ pot⁹ parcitate restrinxit: ne ꝙo p ocij desidiā hostib⁹ pateret insidijs. in iustificatiōib⁹ dñi exercebaꝯ assidue vt eo circa licita totaliter occupato: locū in ipo illicita nō haberēt: ⁊ a spūalib⁹ nequicijs tutus

esset. Nocturna q̃dez silentia: humane deputata quieti: post dormitionẽ breuẽ decurrebat in studijs lectionũ: ⁊ somni tempus vigilijs occupabat. Dies aũt impẽdebat comodis animaꝝ vel sedulis iminendo p̃dicationibus: vel cõfessionũ audientie insistendo: aut hereticorũ dogma pestiferum validis rationibꝰ confutãdo. ¶ Secunda aureola debeꝫ sancto petro martyri ꝓpter p̃dicationem. Nam p̃dicauit constanter fidem xp̃i: quã suo tẽpore heretici validissime impugnabãt. Ad p̃dicanduꝫ autẽ videtur a deo fuisse miserico:diter electus: tũ qꝛ ex patrẽ tibus hereticis ortus: illoꝝ labe non fuit pollutus: tum qꝛ ordinẽ p̃dicatoruꝫ ꝓfessus est: tum etiam qꝛ hereticos multos reduxit ad lumẽ veritatis. Natus eñ in ciuitate veronẽsi parẽtes suos hereticos ⁊ infideles habuit. Cum aũt adhuc septem esset annoꝝ: ⁊ a scholis rediret a patruo q̃ heresim sapiebat: quid nã in scholis didicerat interrogatur. Qui respõdit se didicisse. Credo i deũ patrẽ oꝑipotentẽ creatorẽ celi ⁊ ẽre Et ille. noli dicere creatorẽ celi ⁊ terre: cuꝫ ipse visibiliũ creator non fuerit. Ait petrus ꝓtrariũ affirmabat ⁊ cũ veritate cõfundebat illũ. ita vt ei respõdere nesciret. Tandẽ cũ adultꝰ factꝰ eẽt: ordinem p̃dicatorũ intrauit. Hinc Innocẽ ꝓpa pa inquit. Gaudeat insignis ordo p̃dicatoruꝫ. q̃ ex eo ꝓdijt stella micãs. Iste est arcꝰ positus in nubibus: qui est signuꝫ federi fidei catholice ⁊ subleuatione sancte matris ecclesie. Et iteruꝫ idem põtifex dicit de eo. Ingressus ordinẽ fratrum p̃dicatorũ: cõuersatione conspicuus: spectabilis fama: opiniõe mirabilis: deuotiõe gratus: humilitate lenis: obedientia placidus: benignitate suauis: pietate cõpatiẽs: patiẽtia cõstans: charitate p̃stabilis ⁊ in cũctis morum maturitate fuit cõpositus. Fuit aũt in ipso p̃dicatorũ ordine. xxx. ãnoꝝ spacio cultus catherua vtutum. Et p̃dicans euangeliũ xp̃i velut fidei pugil egregius: hereticoꝝ dogma pestiferꝝ i vita sua plurimũ eradicauit. post mortẽ tamẽ suã eiꝰ meritis et coruscantibꝰ miraculis fuit adeo extirpatuꝫ: vt plurimi suo errore relicto ad gremiũ ecclesie cõuolarent. Ita vt ciuitas mediolani ⁊ comitatus eiꝰ vbi tot cõuenticula hereticoꝝ residebant. adeo sit purgata vt alijs expulsis ⁊ alijs ad fidẽ ꝙuersis: nullꝰ ibi fuerit ausus de cetero apparere. Plures etiaꝫ de eis maximi ⁊ famosi ordinẽ p̃dicatoꝝ intrarunt. ¶ Tertia aureola debeꝫ sancto petro martyri ꝓpter martyriũ. Nam vt inquit Innocẽ. papa. Pro defensione fidei ⁊ obedientia romane ecclesie: vir ille venerabilis acerrimã mortẽ tulit. Factꝰ nã q̃ inquisitor hereticæ prauitatis: iniunctuꝫ sibi officiũ diligenter exercens: hereticos vbiq̃ per quirebat nullã eis requiem tribuens: sed mirabiliter oñes confundens patenter expellẽs: sapienter cõuincens: ita vt nõ possent resistere sapientie ⁊ spiritui qui per eum loquebaꝫ. Que videntes heretici de ipius morte tractare ceperunt. Cum ergo de ciuitate cumana: vbi fratꝝ sui ordinis ibi morantiũ prior erat: mediolanũ pergeret: pro exequenda inquisitione cõtra hereticos sibi ab apostolica sede cõmissa. Quidã de ipoꝝ hereticoꝝ credentibus prece illoꝝ inductus ⁊ precio: in eum iter salutaris propositi ꝓsequentem funestus insilijt in agnum: vti q̃ lupus ferus in mitem: in piũ impius: furibũdus in mansuetũ in modestũ: effrenis ꝓfanus: in sanctum p̃sumit insultum: exercet conatum: mortem intentat. Sacrum autem illius caput gladio crudeliter impetẽs: diris in ipm impressis vulneribus: ⁊ saciato sanguine iusti ense: venerandũ illum nõ diuertentẽ ab hoste: sed exhibentem se ꝓtinus hostiam: ⁊ ceꝑis sustinentẽ in patientia truces ictus dimisit spiritu petẽte superna in ipo loco passionis occisum. Ille nõ querula voce murmurãs: sufferens oñia patiẽter: suũ domino cõmendabat spiritũ dicẽs. In manus tuas dñe cõmẽdo spiritũ meũ. Symbolũ etiã incepit dicẽ fidei: cuiꝰ nec i hoc articulo desijt esse p̃co: ꝓut ipe nephandus occisor. Et q̃dam frater dñicus eius sociꝰ qui ab ipo lictore pcussus: diebus aliquibus vixit postea: retulerunt. sed cũ adhuc martyr dñi palpitaret: cultellũ lictor crudelis arripuit: ⁊ p latera eiꝰ trãsfixit. Fuit autez eius passio veneranda similis dñice passioni. Christꝰ eñ passus est ꝓ veritate quã p̃dicabat. Petrus ꝓ veritate fidei quã defendebat. Christꝰ passus ẽ ab infideli populo ideoꝝ. petrus ab infideli turba hereticoꝝ. Et xp̃s in paschali tpe crucifixus petrus eodez tpe martyriũ patit. Xp̃s cũ pateretꝝ. in manꝰ tuas dñe cõmẽdo spiritũ meũ dicebat. petrus dũ occideret eadem vba clamabat. Xp̃s ꝓ triginta denarijs fuit traditꝰ: vt crucifigeretꝝ. petrus ꝓ libris quadraginta fuit venditus.

De miraculis q̃bus claruit beatus petrus martyr: in vita: in morte. ⁊ post mortẽ. i q̃bus cognoscere possumus q̃ magna sunt eius merita apud deũ.

Capt̃m. iii.

Tertiũ mysteriũ contemplãduꝫ de corona beati petri martyris: dr̃ ostensionis. Ostendit nãq̃ deꝰ merita ⁊ gr̃iam ipiꝰ ꝓ miracula ⁊ signa in q̃bus cũ clarũ fecit. Et hoc tripliciter. ¶ Primo in vita.

¶ Secõdo in morte.
¶ Tertio post mortem.
¶ Primo deus fecit claruz signis ⁊ miraculis beatum petrũ in vita. Ex quibus aliqua enarremus. Cum apud mediolanũ quendã hereticum a fidelibus captum: beatus petrus examinaret. Et multi episcopi ⁊ religiosi et maxima multitudo populi ibi cõuenissent. ⁊ dies tam ex pdicatione q̃z ex illa examinatione in lõgum ꝓtracta fuisset. ⁊ maximus estus cunctos affligeret. Dixit hereticus ille coram omnibus. O pe tre puerse ⁊ si tu es ita sãctus: sicut hic stultus populus te affirmat. Cur eum estu affligi pmittis. ⁊ non rogas deum vt nubem aliquaz interponat. ne affligat ista tãta multitudo. Ad quẽ beatus ꝑetrus respondit. Si vis pmittere te abnegaturum heresim tuaz. ⁊ fidem catholicã recepturuz. rogo dominũ ⁊ faciet quod dixisti Tunc fautores hereticorũ conclamantes dicebant. promitte pmitte. Credebãt eñ q̃ fieri nõ posset. Quod beatus petrus coram oñibus se facturum spopondit. ⁊ maxime cuz nulla nubecula etiam minima appareret in aere. Catholici autẽ sup obligatione beati petri contristari ceperunt. timentes ne fides catholica ex hoc confusionem pateretur. Cum ergo hereticus obligari se nollet. Beatus petrus cum fiducia magna dixit. Ad hoc q̃ verus deus visibiliũ ⁊ invisibiliuz creator monstretur. ⁊ ad consolationem fideliũ: ⁊ cõfusionẽ hereticor. Rogo dñz vt aliqua nubecula ascẽdat: ⁊ se inter solẽ ⁊ populũ interponat. Ad̃ premisso crucis signaculo factũ fuit ꝑ magnã horam in modũ papilionis populũ nubecula ꝓtegente. Contractus q̃dam nomie asserbus cum ꝑ q̃nq̃z annos sic mãsisset: vt per terrã in sextario traheret: mediolanum ad beatũ petrũ ductus fuit. Quẽ cuz beatus petrus signasset. cõtinuo sanatus surrexit. Cuiusdã nobilis filiũ ꝑ nimio horribili totius gule tumore: nec loqui nec spirare valẽtẽ: leuatis ad dñm manibus ⁊ crucis in eo facto signaculo. illoq̃z accipiente ipius capam ⁊ i infirmo supponente loco sanauit. Cuidam etiam iuueni muto imisso digito in os eius: fuitq̃z lingue solu to ligamine beneficiũ loquele cõcessit. Cesene i platea ciuitatis q̃dam nobiles iuuenes quorũ domus erat cõtigua palatio dñi cum essent heretici iaciebãt lapillos ꝓ sanctũ ꝑdicatẽ. Quorum malignitatẽ sepius increpans nihil ꝓfecit Tãdẽ publice illi domui maledixit: que statim corruit et q̃plures interfecit ex illis. deinceps domus ꝑdicta nunq̃z repari potuit etiam vsq̃ in ꝑsentem diẽ. ¶ Secõdo deus fecit clarũ beatũ petrũ martyrẽ in morte. nã lampades ad sepulcrũ eius pendẽtes pluries ꝑ seipas absq̃ oñi humano studio ⁊ ministerio diuinitus sunt accense. Apud florentiã in monasterio de tripolis sãctimonialis q̃dam in oratione posita ea die q̃ beatus petrus mortẽ sustinuit. vidit beatã virginẽ in excelso trono in gloria residere: ⁊ duos fratres de ordine ꝑdicatorz: in celuz ascendere: ⁊ hinc inde iuxta eã collocatos esse. Et cuz inq̃reret: qui nã essent audiuit vocẽ dicẽtẽ sibi. Hic est frater petrus q̃ in ꝓspectu dñi tanq̃z fumus aromatũ glorioſus ascendit. Reptũq̃z ꝑ certo est. q̃ eadez die mortẽ subijt: q̃ dicta sãctimonialis visionem vidit. Vñ cũ graui ⁊ longa infirmitate laborasset ad rogandũ beatũ petrũ tota deuotione se cõtulit: ⁊ sanitatẽ integrã mox recepit. Sup locũ insup passionis sancti petri sepe luminaria de celo descendẽtia ⁊ ad celũ ascẽdentia: plures religiosi visibiliter aspexerũt. inter que luminaria duos fratres i habitu ꝑdicatorũ se vidisse testati sunt. Idropica quedã ad locum passionis illius ꝓueniens: fusa ibi oratione sanitatẽ integram mox recepit. Quidã puer ex casu gũissimo sic oꝑpressus: vt motu ⁊ sensu penitus destitut⁹ tanq̃z mortu⁹ defleret: mox apposita de terra: suo pectori sacro eiusdẽ martyris cruore ꝓtacta incolumis exsurrexit. Quidam etiã cuius carnẽ cancer edax sedula corrosione vorabat linitis huiusmodi fra vulnerib⁹ est curat⁹. Alij adhuc diuersis infirmitatibus occupati q̃ sepulcrũ in vehiculis ⁊ alijs sustentaculis adierũt plenã incolumitatẽ receperunt Cum autem sũmus pontifex Innocẽti⁹ quartus beatum petrum sanctorũ martyriuz catha lago ascripsisset. Fratres apud mediolanuz ad capitulũ cõuenerũt. volẽtes eius corpus ad alt iorem locũ trãsferre. cum plus q̃z per annũ sub terra iacuisset: ita sanũ ⁊ integrũ ac sine alicui⁹ exalatione fetoris repertũ est: ac fi eadẽ die fuisset sepultũ. Fratres ergo super magnuz pulpitum iuxta plateã corpus eius cuz magna reuerentia deduxerunt: ⁊ ibidem sic sanũ ⁊ integrũ oñi populo est ostensum. ¶ Tertio deus fecit claruz miraculis beatum petrũ martyrem post mortem. Quidam iuuenis de ciuitate cumana cũ de panno tunice sancti petri haberet: ⁊ q̃daz hereticus eidem deridendo diceret. vt si sãctũ eum credebat in ignem pannũ ipm ꝓijceret: et si comburi non contingeret: absq̃ dubio sanct⁹ esset: ⁊ ipe sue fidei adhereret Mox sup carbones accensos pannũ ꝓiecit: sed ab ipo igne altius resiliuit. deinde ꝑ se sup carbones rediẽs ipsos ardentes penitus extinxit. qđ videns hereticus ad viam veritatis redijt. Apud florentiã iuuenis heretica prauitate corrupt⁹: cũ i eccl'ia fratrum de florentia cum quibusdam alijs iuuenibus ante quandam tabulam vbi erat depi

ctum martyriū ſancti petri: ſtaret videns ibi lictorem pcutientem: ipe dixit. vtinā ego ibi fuiſſem: qr valtdius percuſſiſſem: quo dicto ſtatim mutus effectus eſt. Cunqz ſocij requirerent qd haberet: r ipe eis nihil reſpōdere poſſet: cū domū reducere voluerunt. Sed cū in via eccleſiā ſancti michaelis vidiſſet: elapſus de manib⁹ ſociorum eccleſiā intrauit: r flectēs genua corde ſanctuz petrū rogauit: vt ſibi parceret: voto ſicut potuit ſe obligās q ſi liberaret: peccata ſua cōfiteretur: r omnē hereſim abnegaret. Tunc ſubito loquelam recuperauit: r veniens ad domū fratrū r abnegata hereſi peccata ſua confeſſus eſt: data licentia confeſſori q hoc populo pdicaret. Ipſe quoqz i publica pdicatiōe ſurgēs coram oīni multitudine hec confeſſus ē. Mulier quedam in flandria cū iā tres filios mortuos peperiſſet: atqz ex ꝺ viro ꝓtēptibilis redderet: rogauit ſanctū petrz vt ſibi auxiliū ferret. Cū g ārtū filiū peperiſſet. mortu⁹ eſt reptus: quē mr accipiens ad rogandū ſanctū petrz totā ſe cōtulit: vix oratiōnē compleuerat r puerul⁹ viuus apparuit. Cū g ad baptiſmū portatus fuiſſet: r vt Johes vocaret eēt diffinitū. Sacerdos cū ei⁹ nomē dicere deberet: dixit petr⁹: qō nomen ſemp retinuit. Frater iohes polon⁹ cum apud bononiā quartana laboraret: r i feſto beati petri martyris ſermonez ad clerū facere deberet: acceſſionē eadē nocte iuxta curſū naturalē expectans: timere valde cepit: ne in iniuncto ſibi ſmone deficeret: ad ſancti petri g cōuerſus ſuffragia ad altare ipi⁹ cū deuotiōe acceſſit: orās qt eius pcibus iuuaret cuius debebat glorias predicare ſicqz factum eſt q illa nocte penitus febris ceſſauit. Multos liberauit a ſpiritibus imundis: a qbus erant vexati. Scholaris qdā cuz pgeret ad montē peſſulanū ex quodā ſaltu adeo fuit rupt⁹ in inguine: vt dolore nimio vexaret: r incedere non valeret. hic aliquādo audiens predicari. q quedaz mulier terrā ſanguine beati petri reſperſā ſup cancri corroſionē ponens fuerat liberata: dixit. dñe deus de terra illa nō habeo. Sed q̄ illi terre meritis beati petri tantā dediſti ꝟtutem potes r iſti dare. Accipiens ergo de terra cū ſigno crucis r in veneratione martyris: loco ſuppoſuit: r ſtatim curatus fuit. In ciuitate cōpoſtella fuit qdam vir benedictus nomie: q tibias inflatas habebat in modū vtriū: ventrē tumentē inſtar pregnātis: faciem p nimio tumore horribilē: totūqz corpus inflatū: ita vt non homo ſ monſtrū aliqō videret. Hic cum a quadā matrona ſuper baculū ſe ſuſtentās elemoſynā petiſſet. Illa rndit. magl foſſa q̄ elemoſyna indiges: ſed meo cōſilio acq eſce: r ad domuz fratrū pdicatorū pgens: beati petri martyris patrociniū quere. Ille cum mane ad domū fratrū veniſſet: r oſtium eccl̄ie clauſum eſſet: ſecus portaz ſe poſuit r dormiuit. Et ecce qdam vir reuerēdus in habitu pdicatoꝝ ei apparuit: r capa ipm cooperiens: in eccl̄iam introduxit. Ille aūt euigilās r intus in eccl̄ia ſe reperit: r pfecte ſe ſanatuz inuenit. qui multi admiratiōnē intulit r ſtupozē: cuz viderent hominem pene mortuū: tam ſubito liberatū. Nauis qdam in medio maris pene naufragiū pateret ſeua fluctuū inundatiōe quaſſata: oēſqz nautē caligine noctis tenerent vniuerſi multoꝝ ſancto rū ſuffragia poſtulabant. Quidam ꝺo natione ianuenſis facto ſilentio'. Audiſtis inquit o fratres: q̄liter qdam de ordine pdicatoꝝ noīe frater petrus: nup ob defenſionez fidei catholice: ab hereticis ſit iterfectus per cui⁹ merita deus multa miracula facit. Nūc g deuote ei⁹ patrociniū implorem⁹: qr ſpero q liberabimur. Aſſentiūt vniuerſi inuocātes in ſuū auxiliū beatū petrū. Mox antēna nauis cereis accēſa tota cōſpicit. Et reſpiciētes viderūt quēdā i habitu pdicatoꝝ ſup velū ſtantē: ſtatimqz mare quieuit r tranq̄llitas magna fuit. Cū ergo pdicti nautē ianuā incolumes aduenīſſent ad domum fratrum pdicatoꝝ venerunt: r deo r beato petro gr̄as referentes: eiſdē fratribus totius miraculi ſeriē narrauerūt. In puincia francie ciuitate ſenonēſi: puella quedā cū in aqua raptim trāſeundo cecidiſſet: r p magnū ſpaciū temporis ſtetiſſet: tandē de flumie mortua eſt extracta. mortis autē eius erant quattuor argumēta ſcz magnū ſpatiū tpis: r rigiditas corporis: r frigiditas: r nigredo. delata eſt g a quibuſdā ad eccleſiam fratrū: q cū eaz ſancto petro deuote ac fideliter cōmendaſſent: cōtinuo vite eſt reddita r ſaluti. Sūt r alia inumera vt ſic dicā: huius glorioſiſſimi ſācti miracula: q̄ nos breuitatis cauſa ptranſimus. Oſtēdūt aūt illa cere imagines et alia ſanitatū ſigna: q̄ in capellis ad honorē ipi⁹ cōſtructis vbiqz locoꝝ cernunt. Quare illum pie veneremur: ſperātes ſuo patrocinio liberari ab iminentib⁹ malis r tandez dei gr̄am obtinere. Quā nobis ꝓcedat ieſus filius dei: q̄ ē benedictus in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Sermo. lxj. de ſancto Ambroſio doctore ſācte eccl̄ie epo mediolanēſi.

SAnctū fecit illū Scribunt hec verba ad laudez beatiſſimi Ambroſij aſſumpta originaliter Ecci. xlv. ca. Sūmi dei ſapientia ineffabilis eccleſiā ſuam varietate ſanctoꝝ voluit decorare. In q̄ alios conſtituit ꝓphetas: alios ap'os

alios ꝓdicatores ⁊ doctores: alios euãgelistas oibus autẽ ꝑm sui status ꝓdecentiã: gr̃e sue dona distribuit. Nam ꝓphetis dedit lumen futura ꝓuidẽdi. Aplis linguaꝝ ⁊ sciẽtie ⁊ vsũ. Euãgelistis auctoritatẽ scribẽdi. Et ipis doctoribꝰ iplẽdorẽ spũalis doctrine. Ut aũt eẽnt recepta cula munda. qz vt scribit Sapie. j. ca. In maliuolã aiaz nõ introibit sapia nec habitabit in corpore subdito peccatj. Copiosa illis munera gr̃e sue ꝓcessit. Fuerũt q̃dẽ ipi nõ solũ in rebꝰ diuinis eruditissimi: ꝙ etiã oĩi sãctitate pfecti ⁊ ceterj obmissis: ad ambrosiũ mẽtis oculos reuoluamus: q̃ ob merita sãctitatis: ⁊ admirabilẽ ꝓrogatiuã ꝟtutũ: i celis gaudet cũ xp̃o. Et i terris a cunctis fidelibus colit ⁊ venerat. Jdcirco in p̃senti ꝑmone laudes eius ꝓmere cupientes: sub titulo de illius sãctitate dicemꝰ: ỗ quatria mysteria ꝓponimus contemplanda.

¶ Primũ ỗ digne assimilationis.

¶ Scõm virtuose pfectionis.

¶ Tertiũ lucide manifestationis.

Q sanctitas beati ambrosij assimilat sanctitati q̃nqz psonaꝝ dignissimarũ veteris testamẽti. Caplm. i.

PRimũ mysterium contemplandũ de sanctitate beati ambrosij dicit digne assimilatiõis Assimilat nanq̃ sanctitati quinq̃ psonaruz dignissimarũ veteris testamenti.

¶ Primo sanctitati abel in ꝟginitate.

¶ Scõo sanctitati abrae in fidei sinceritate.

¶ Tertio sanctitati moysi in pietate.

¶ Quarto sãctitati helie in victus parcitate.

¶ Quinto sanctitati dauid in humilitate.

¶ Primo sanctitas beati ambrosij assimilatur sanctitatj abel in virginitate. Fuit quidez abel virgo purissimꝰ. vt refert Augꝰ in li. j. de mirabilibus sacre scripture. Erat eñ ꝑm cõputationem methodij: qñ occidit eũ Cayn annorũ. xl. Naz vt ipe ait Cayn natus est anno trigesimo ade cum sorore sua calmana: ⁊ post annos. xxx alios natus est abel cũ delbora sorore sua. Centesimo ꝟo anno ade interfectus est abel. Utrũ autẽ si longiore tpe vixisset ꝓtraxisset matrimoniũ. Augꝰ i predicto libro videt opinari q̃ sic vt impleret p̃ceptum domini quo dixerat. Crescite ⁊ multiplicamini. nisi deꝰ secũ dispensasset Sed nobis esse satis debet: qz cum ꝟginitate innocentiã suaz obtulit deo. Sic ⁊ beatus ambrosius in ꝟginitate perpetua deo seruiuit. Nam vt Hieroꝰ testat. Ambrosiꝰ ipe ỗ se dixit. Virginitatẽ non solum efferimus: sed custodimus: hinc est q̃ de ipa semp magnifice loquebat. q̃ non fecisset nisi virginitatem diligeret. Inquit enim Hieroꝰ ad filiam mauricij: de cõmendatione ꝟginitatis. Luxurioso verbum castitatis offensio est: quoz venter deus: cultum nolunt amare sciunt. Et Chryſ. ait. Cũ audis aliq̃ de deo loquentẽ: intellige q̃ coz illiꝰ amoze dei repletum est. qui libidinis thesauruz habet: in corde de puellis dicere delectat ⁊ audire. Jgitur ambrosius ⁊ de ꝟginitate amplissime dixit atq̃ in laudem ꝟginitatis de ꝟginibus libeum copiosissimũ scripsit. ¶ Secũdo sanctitas beati ambrosij assimilat sanctitati abrae: in fidei sinceritate. fuit ipe abraam deo charissimus maxime ꝓpter fidem. Unde Geñ. xv. ca. dicit. Credidit abraam deo ⁊ reputatũ est ei ad iusticiaz. Credidit vtiq̃ qđ illi ꝓmiserat deus. s. q̃ non esset hismael heres eius sed filius legitimꝰ qui esset egressurus ex vtero suo: ex quo multiplicãdum foret semẽ eius ad similitudinẽ stellarũ celi. Sic ⁊ beatus ambrosius in fide firmus inuẽtus est atq̃ sincerus qui credidit omnes articulos fidei: ⁊ heresim arrianoz ualidissime expugnauit. Ex quo ipe dicebat ỗ imperatore petẽte ab eo basilicã. vt notat. xxiij. q. viij. ca. cõuenioz. ꝟus est vt animam mihi q̃ fidem auferat. ¶ Tertio sãctitas beati ambrosij assimilat sãctitati moysi i pietate ⁊ cõpassione. Nam vt scribitur Exo. xxxij. ca. Jratum deũ contra populũ idolatrantẽ lachrymis suis ⁊ oratiõe placauit. Erat eñ populo illi pius ⁊ mansuetus. vt ꝓz xlv. di. ca. disciplina. Et. xxiij. q. iij. ca. q̃d crudele. Sic ⁊ beatus ambrosius lachrymabatur sepius ex pietate. Nam dum aliq̃s lapsum sibi ꝓfitebat sic amarissime flebat: q̃ illũ flere similiter cõpellebat. Unde ⁊ ꝓtracto ca. queniot. ipe dicebat. Adũsus arma milites gothos quoq̃ lachryme mee arma mea sũt. Et. xxiij. q. viij. c. non pila ait. Non pila querũt ferrea, nõ arma xp̃i milites coactus repugnare non noui: ꝙ doloz fletus: orationes: lachryme fuerũt mihi arma aduersus milites. Talia eñ sunt munimẽta sacerdotis. ꝓter huiusmodi lachrymas cranti eo lachryme deuotionis ꝓ eternis ỗ siderijs. Cũ eñ alicuiꝰ sancti sacerdotis vel eꝑi obitus nũciabat. sic amarissime flebat vt vix consolari valeret. Cũq̃ interrogaret. Cur viros sãctos q̃ ad gloziam pficiscebant sic fleret. aiebat. Ne putetis me flere qz recesserit ꝙ qz mi ꝓcesserit ⁊ qz difficile inueniet qui tam dignus eius officio habeatur. ¶ Quarto sanctitas beati Ambrosij: assimilat sãctitati helie in parcitate: ⁊ abstinentia. vt eñ scribitur. iij. Regl. xix. c. Jeiunauit helias q̃draginta diebus ⁊. xl. noctibus Beatus ꝟo ambrosiꝰ tante abstinentie fuit q̃ quotidie nisi i sabbato ⁊ die dñica ⁊ festis preci

puis ieiunabat. Ñ in hiſtoria eccleſiaſtica ꝺr de eo. Aduerſus luxurie furoꝛē nō ſe manu defenſabat: vel telo. Cz ieiunijs ⁊ ꝯtinuatis vigilijs: ſub altari poſit⁹: p obſecratiões defenſoꝛez ſibi atq; eccl̃ie deū parabat. ¶ Quito ſāctitas beati ambꝛoſij aſſimilat ſāctitati dauid in hūilitate. Qui vt ſcribit .ij. Regl. vj. c. Videſ oza pcuſſuz a dño: eo q; tetigerat archā p̃ſūptuoſe extimuit i die illa dicēs. Quō ingredief ad me archa dñi. Et noluit diuertere archā dñi i ciuitatē dauid: ſ diuertit eā in domū obededō gethei. Et habitauit archa dñi i domo obededō gethei trib⁹ mēſib⁹ ⁊ bñdixit dñs obededom et oēm domū ei⁹. Ñūciatū q; eſt regi dauid: q: bñ dixiſſet dñs obededō: ⁊ oia ei⁹ ꝓpter archā dñi dixit. ibo ⁊ reducā archā dñi cū benedictiõe in domū meā qđ ⁊ fecit. Adduxitq; archā cū gaudio: iſeq; ſaltabat coza dño. Cū q; pactis oib⁹ reꝓbenderet a michol filia ſaul vxoꝛe ſua q ſaltaſſet coza dño. Dixit dauid viuit dñs: qz ludā añ dñm: q elegit me poti⁹ q; patrē tuū: ⁊ q; oēz domū eius: ⁊ p̃cepit mihi vt eſſem dux ſup populū dñi iſrl: ⁊ ludā ⁊ vilioꝛ fiam pluſq; factus ſū ⁊ ero humilis i oculis meis. Sic beatus ambꝛoſi⁹ ex hūilitate timuit acceptare dignitatez eꝑalem. Oſtēditq; ſe hr̃e tria q̄ ſūt officio ꝓlationis inimica. Ꝓzimo crudelitatē Nā tribunal cōſcēdit ⁊ ꝫ ꝓſuetudinē ſuā tozmēta ꝓſonis adhiberi iuſſit. Scō vanitatez ꝓhicam. Cuz eñ popul⁹ acclamaret pctm̃ tuū ſup nos. turbat⁹ domum redijt. ⁊ ꝓhiam ꝓfiteri voluit. Tertio oſtēdit ſe hr̃e inhoneſtatē. Nā publicas mulieres ad ſe venire fecit: vt ſic populū a ſua intentione reuocaret. Sed cū nec ſic ꝓficeret pop⁹ lo acclamante pctm̃ tuū ſup nos. Fugā media nocte petijt. cūq; ticinū ꝓgere ſe putaret: mane ad portā ciuitatis mediolanenſis q̄ romana ꝺr ſe inuenit: qui inuētus cū cuſtodiref a populo miſſa eſt relatio ad clementiſſimū imperatoꝛem Valentinianū: Qui cum ſūmo gaudio accepit q; iudices a ſe directi ad ſacerdotiū peterentur Letabat etiā ꝓbus ꝓfectus q; verbum ſuum i eo fuerat adimpletū. Dixerat eñ cuz ꝓficiſcenti mandata daret. Vade: age non vt iudex: ſed vt epiſcop⁹. pendēte relatione itez abſcondit ſed inuentus cū adhuc eſſet cathecuminus baptizatur. Et tādem in epiſcopalē cathedrā ſublimatur. Audiuimus iam q; humiliter poſt tot contradictiones. Ambꝛoſius curā epiſcopalē ſuſcepit. Si ita fieret tempoꝛib⁹ iſtis vtq; foꝛdidis ⁊ obſcuris: populi abundantius in viaz dñi dirigerentur. Eccleſie in dies in oꝛnamentis ⁊ reparationibus magis ꝓficerent: ⁊ diuinus cultus deuotius ſanctiuſq; celebꝛaref Cz nunc coꝛrupta eſt omnis iuſticia ⁊ vꝛtus contẽptibilis facta. omnes que ſua ſunt querũt: non que ihu xp̃i. Ideo lugebit terra cū populis.

De q̄nq; p̃cipuis virtutib⁹ ſancti ambꝛoſij: ex q̄b⁹ colligit quātū fuerit in ſanctitate ꝓfectus. Capl'm. ii.

Decūdum myſterium contemplandū de ſanctitate beati ambꝛoſij dicitur vꝛtuoſe ꝓfectionis. Nam p̃ter ea que dicta ſunt in quinq; p̃cipuis vꝛtutibus ꝓfectus fuit.

¶ Ꝓzimo in liberalitate.
¶ Scō in rigiditate.
¶ Tertio in magnanimitate.
¶ Quarto in charitate.
¶ Quinto in veritate.

¶ Ꝓzimo beat⁹ ambꝛoſi⁹ fuit ꝓfectus i liberalitate. qz oia q̄ habebat paupeꝛ erāt: q̄b⁹ liberaliſſime ſubueniebat. Et hoc vtiq; eꝑo conuenit qui pater eſſe debet pauperum. Unde ihieronymus. xij. q. ij. ca. gloꝛia. inquit: gloꝛia epiſcopi eſt pauperuz opibus pꝛouidere: ignominia ſacerdotis pꝛopꝛijs ſtudere diuitijs. Ideo dicebat Ambꝛoſius. xxiij. q. viij. in ca. ſuperius allegato. conuenioꝛ. Omnia que mea ſunt pauperum ſunt. Et cum ſuo tempoze radicem omniū malozū auaricią magis ac magis in hominibus increſcere vidiſſet: maxime in his q̄ erāt in ptāte conſtituti: apud quos p̃cio oñia vendebant; necnō etiam in his q̄ erant ſacris myſterijs deputati vehemēter ingenuit: ⁊ ſc de hui⁹ ſeculi erūpna liberari inſtanti⁹ exoꝛauit. ¶ Secūdo beat⁹ ambꝛoſi⁹ fuit ꝓfectus in rigiditate. Nam ſicut cato vticenſis vt refert Saluſti⁹ in cātilinario. Vitia hoiuz rigide expugnabat et cōdēnabat. Ita ⁊ Ambꝛoſi⁹. Nā ⁊ theodoſiū imperatoꝛē de crudelitate occiſozū innocentuz dure redarguit: ab ingreſſu eccleſie ſuſpēdit: et publicam pniaz eidem iniunxit: put ponitur i hiſtoria triptita. ⁊. xj. q. iij. ca. cū apud theſolonicā. ⁊ ergo idem diffuſius ſcripſi in ſermone ꝺ diuino cultu: in tractatu de timoꝛe iudiciozum dei. ¶ Tertio beatus ambꝛoſius fuit perfect⁹ in magnanimitate. Nō eñ formidabat pericula: neq; moꝛtem ꝓ defenſione fidei ⁊ eccleſiaſtice libertatis. Unde ꝺr in hiſtoria eccleſtica. Ex iuſtina mater Valentiniani impatoꝛis arriane hereſis alūna: conturbare cepit eccleſie ſtatum cōminari ſacerdotib⁹ depulſiones ⁊ exilia: niſi ariminēſis conſilij decreta reuocarēt. Quo bello eccl̃ie murum ⁊ turrim validiſſimā pulſabat ambꝛoſiū. q̄ in omnib⁹ imꝑterritus māſit. Adhuc vt ꝺr in ſepius allegato ca. cōuenioꝛ. Cum impatoꝛ valentinianus quandā baſilicā vſur-

pare vellet. Ambrosi⁹ sic rñdit. Noli grauare te impator vt putas te i ea que dei sũt impiale ius vllũ hr̃e. Tributũ cesaris est: nõ neget. Ecclesia dei ẽ: cesari vtiq; nõ donet. Et dũ ꝓposi tus valẽtiniani dixisset ambrosio. Tu cõtẽnis valẽtinianũ: caput tibi tollo. Rñdit. deꝰ ꝓmittat tibi vt facias qõ minaris atq; vtinaz deus auertat milites ab ecclia. ⁊ in me oia tela sua cõuertant. ⁊ sanguine meo sitim suã expleant. In eius ꝙo ꝓfatiõe sic õ eo cãtaf. Tãta ambrosiũ ꝙ ute solidasti ꝓstantie tãto munere celit⁹ decoraſti vt ꝓ eũ exclusa rorquerenf demonia. arrianorũ impietas ꝓpulsa tabesceret. ac seculariũ ꝓncipũ colla tuo iugo subacta redderenf humi lima. ¶ Quarto beat⁹ ambrosi⁹ ꝓfectus fuit in charitate: ꝓ dei q̃ꝑ amore ⁊ ꝓximoz̃ salute sepissime clero ⁊ ꝓpło predicabat. Jd facere debent ꝓlati. vt dr̃ in ca. inter cetera. de officio iudicis ordinarij. Hoc exercitio vsus ẽ xp̃s Jstõ insup docuit apl̃os exercere. Jnq̃t eñ Lucas de xp̃o. viij. c. Jter faciebat ꝓ ciuitates ⁊ castella ꝓdicans ⁊ euãgelizãs regnũ dei. Et post resurrectionẽ dic q̃ gloriosus celuz ꝓscẽdit. dixit apl̃is Marci vltĩ. ca. Euntes i mundũ vniuersũ ꝓdicate euangeliuz oi creature. ꝓdicatio eñ diuini ꝙbi lux est humanaꝝ mentiũ. iuxta illõ psalmiste. Lucerna pedib⁹ meis ꝙbum tuũ: et lumẽ semitis meis. Et itez̃. declaratio inq̃t sermonũ tuoꝝ illumiat ⁊ intellectũ dat paruulis. Et ne multa loq̃mur cuz cessabunt in ecclia dei voces ꝓdicãtiũ extinguef in populis lux veritatis: ⁊ bonoꝝ moꝝ. ¶ Rogate o fideles xp̃icole rogate dñm messis: vt mittat operarios i vineam suã: messis q̃dẽ multa operarij autẽ pauci. Nescio q̃d futura pariet dies. verũtñ timeo satis: ⁊ valde ꝓtimesco: ne ꝓpter ingratitudinez ⁊ obstinationẽ xp̃ianoꝝ fiet silentiũ in ẽra. Fuerunt siquidẽ dieb⁹ meis in italia ex oĩb⁹ ordinibus religiosoꝝ ⁊ ꝓcipue ex ordine minoꝝ multi eruditissimi ꝓdicatores quoꝝ sonus exiuit i oĩbus finibus ei⁹. ꝓdicauit ille dux ꝙbi sanctus bernardin⁹. ꝓdicauerũt ⁊ alij stilũ ei⁹ imitãtes in oĩb⁹ italie ciuitatib⁹. Et tñ nunq̃ mundus fuit ita positus in maligno sicut est hodie. O pyssime deꝰ. o benignissime pater. o creator celi ⁊ terre: ⁊ vniuerse cõditor creature. Ne reminiscaris delicta mea vel xp̃ianoꝝ delinquentiũ. neq; vindictã sumas de peccatis nr̃is Sed cũ reuerẽtia ad vos ꝓlatos dignissimos clamito. non relinquat gregẽ lupoꝝ morsib⁹ traden dũ. Exaltate q̃si tuba vocẽ vestrã: ⁊ annũciate ouibus vr̃is pericula ipaꝝ. Et qõ ꝓ vosipsos non potestis facere: vel non vultis: religiosos q̃bus a sũmis pontificib⁹ ꝓdicãdi licentia ẽ cõcessa: cũ bñdictione dei ⁊ vr̃a explere sinatis

hucusq; deuenim⁹: q: nõ possum nõ cõqueri õ aiaꝝ iactura: quã ũminere video: ex defectu ꝓdicationũ. Sanct⁹ ambrosi⁹ igit merito extollẽdus est: q̃ populũ sibi creditũ pauit cibo spiritualis doctrine. Jn q̃ spũssanctus indubitanter aderat ei⁹ lingue. Qõ patet tum ex cõuersione beati augustini ⁊ alioꝝ. tum insuper ex visione cuiusdam heretici. Jlle nanq; acerrimus disputator: ⁊ durus incõuertibilis ad fidẽ: cuz audiret ambrosium ꝓdicantem vidit ad aures eius angelum loquentem ꝙba que populo predicabat. Quo viso fidem quaz ꝓsequebatur cepit defendere. ¶ Quinto beatus ambrosi⁹ perfectus fuit in veritate. hanc vtiq; dilexit: hanc predicauit: ⁊ cũ ab hac libroz: ꝓmones: ⁊ omelias scripsit. Quare ⁊ Augustin⁹ eius dicta in maxima veneratione semp habuit. Unde in libro de nuptũs ⁊ cõcupiscentia inquit. Pelagius hereſiarcha sic laudat ambrosiuz. vt dicat. Beatus ambrosius eps in cuius ꝓcipue libris romana lucet fides: q̃si scriptorum iter latinos flos q̃dam emicuit. Et subdit Aug⁹ cuius fidẽ ⁊ purissimum in scripturis sensum: nec inimic⁹ quidem ausus est reprehẽdere. Et Augustin⁹ in epl̃a ad ianuarium. ⁊ ponit. xij. di. c. illa ait. Ex cuz mater eius imitata eũ fuisset mediolanũ inuenisset q; ecclesiã sabbato non ieiunantez: ex quo cepit fluctuare ⁊ admirari Augustinus vt satisfaceret matri: consuluit ambrosiũ. Qui respõdit. Cum romã venio ieiuno sabbato: cũ vero sum mediolani sabbato non ieiuno. Sic ⁊ tu ad quã forte ecclesiam veneris: eius more fua. si cui q̃ non vis scandalum esse: nec quẽ q̃ tibi. Et subdit Aug⁹. Ego de hac sentẽtia etiã atq; etiam cogitans ita semp habui tanq̃ eam celesti oraculo acceperim.

Qr q̃nq; modis manifestata ẽ lucidissime sãctitas beati ambrosij. Ca. III.

Certiuz mysterium contemplandũ de sanctitate beati ambrosij dicit lucide manifestationis. Jn q̃nq; eñ lucide manifestata est.

¶ ꝓzimo in dormitione.
¶ Secõdo in electione.
¶ Tertio in expulsione.
¶ Quarto in punitione.
¶ Quinto in cõsũmatione.

¶ ꝓzimo manifestata fuit sanctitas Ambrosij in dormitione. Jꝑe enim filius Ambrosij prefecti rome cuz in cunabulis in atrio pretorij esset positus ⁊ dormiret: examen apum subito aduenies facie eius ⁊ os ita impleuit vt quasi in alueolũ suuz intrarẽt pariter ⁊ exirẽt: que postea

euolantes in tãtã aeris multitudinẽ ſubleuate ſũt: vt vix hũanis oculis viderẽt. Quo pacto territ⁹ pater ait. Si vixerit infantul⁹ iſte aliq̃d magni erit: nec impoſſibile q̃s ẽ exiſtimare debet de ambroſio q̃ ſanct⁹ futur⁹ erat: cũ r ẽ platone aliq̃d ſimile. Valeri⁹ referat p̃mo lib. c. iiij Dormientis q̃pe paruuli platonis in cunis labellis apes mel inſeruere. Quare audita ꝓdigiorum interp̃tes ſingularẽ eloquij ſuauitatẽ ore ei⁹ emanaturã dixerũt. ¶ Tcio fuit manifeſtata ſanctitas ambroſij in electiõe. Fuit eñ elect⁹ in ep̃m ex miraculo dei. Nã dũ fuiſſet rome lr̃is erudit⁹: cũ cauſas p̃torij ſplendide perorꝛet a valẽtiniano impatore ad regendaz liguriã emiliãq̃ puinciã directus ẽ. Cũq̃ mediolanũ veniſſet: r ibidẽ ep̃s tũc deeſſet: ꝓuenit popul⁹ vt ſibi de ep̃o ꝓuideret. Igit̃ cũ inter arrianos r catholicos de eligendo ep̃o ſeditio nõ modica oꝛiret: illuc ambroſi⁹ cauſa ſedande ſeditiõis p rexit. Et ſtatim vox infantis inſonuit dicens: ambroſiũ ep̃m. Cui voci oẽs vnanimit̃ ꝓſenſerũt ambroſiũ ep̃m acclamãtes. ¶ Tertio manifeſtata fuit ſãctitas ambroſij i expulſiõe. Naz a multis eiecit demones q̃ illos vexabãt. Accidit aũt q̃ multi demones p oꝛa illoꝛ q̃s obſidebãt clamarẽt r dicerẽt ab ambroſio ſe toꝛqueri. Juſtina autẽ r multi arrianoꝛum dicebãt pecunia ambroſiũ hoies cõparere: q̃ ſe ab imũdis ſpiritibus vexari mẽtirẽt: r ab ambroſio dicerẽt ſe toꝛq̃ri. Tunc ſubito vn⁹ ex illis arrianis q̃ aſtabat arrept⁹ a demonio in mediuz p̃ſiliuit: atq̃ clamare cepit. Utinã ſic toꝛqueãt vt toꝛqueoꝛ q̃ nõ credũt ambroſio. At illi cõfuſi in piſcinam demerſũ hoiem necauerũt. ¶ Quarto manifeſtata fuit ſanctitas beati ambroſij in punitione. Nã de⁹ multos acriter puniuit q̃ illũ vel i vita ſua vel poſt mortẽ p̃ſequi p̃ſumpſerũt. Dũ ad quãdaz ciuitatẽ p quodã ep̃o ordinãdo iuiſſet r eius electioni iuſtina imperatrix r alij hereti ci ꝓtradicerẽt. Una ẽ arrianoꝛ ꝓginib⁹ impudentioꝛ ceteris beatũ ambroſiũ p veſtimẽtum apꝛehẽdit. volẽs ip̃m ad ptẽ mulieꝛ trahere: vt ab eis ceſus de eccl̃ia cũ iniuria expelleretur. Cui ambroſi⁹ ait. Et ſi ego indign⁹ tanto ſacerdotio ſũ: tñ nõ ꝓuenit te in qualẽcunq̃ ſacerdotem man⁹ inij̃cere vñ timere debuiſti iudicium dei: ne aliq̃d mali tibi ꝓtingat: qđ factũ exit⁹ cõfirmauit. Nã die altera mortuã ad ſepulcrũ deduxerũt. Cũ multi inſtarent cũ iuſtina imperatrice vt ambroſiũ i exiliũ mitterẽt: vn⁹ coꝛ ceteris infelicioꝛ intantũ furoꝛẽ excitat⁹ ẽ: vt iuxta eccl̃iaz domũ ſibi locaret: ac in eadez quadrigã paratã haberet: q̃ ꝓcurante iuſtina facilius raptũ ad exilium deporꝛaret. Sz dei iudicio ip̃o die q̃ ſe eũ rapere arbitrabat in eadẽ q̃driga deeadẽ domo exilio dãnatus ẽ. Quidam p̃ſbyter dũ in ꝓuiuio cũ multi eſſet r ſãcto ambroſio detrahere cepiſſet cũ ꝓtinuo plaga ꝓtulit: r de cõuiuio ad lectũ adduct⁹ finiuit vitã. In vrbe cartaginẽſi cũ tres epi inſimul ꝓuiuarẽt: r vn⁹ eorũ beato ambroſio detraxiſſet: relatũ ẽ illi q̃d illi p̃ſbytero q̃ ſibi detraxerat accidiſſet. Qđ cuz ille vilipẽderet: ſubito letale vulnus accepit: r ad extremũ ꝓtinuo diẽ clauſit. ¶ Quinto manifeſtata fuit ſãctitas beati ambroſij i ꝓſũmatiõe. Nã obit⁹ ſui diem añ p̃ſciuit: reuelauitq̃ fratribus cuz gaudio: q̃liter vſq̃ ad reſurrectionem dñicã eẽt cũ eis mãſur⁹. Ante ẏo paucos dies q̃ lectulo detineret: cũ q̃drageſimũ q̃rtum pſalmũ cũ notario dictaret: ſubito videte notario i modũ ſcuti: breuis ignis caput ei⁹ cooperuit: r facies ei⁹ tã q̃ nix effecta ẽ: r poſtmodũ ad ſuaz ſpeciẽ reuerſa. Ipo q̃ die ſcribẽdi r dictãdi finẽ fecit. nec ip̃m pſalmũ explere potuit. Cũ ẏo infirmitate grauari cepiſſet. Comes italie q̃ tunc mediolani erat nobiles ꝓuocauit diẽs. Qr tanto viro recedẽte periculũ eẽt: ne italie interitus imineret. Rogauitq̃ vt ad virũ dei accederent dep̃cãtes vt adhuc ſpatiũ viuẽdi ſibi a dño impetraret: qđ ille vbi audiuit rñdit. Nõ ita inter vos viri vt me viuere pudeat: nec moꝛi timeo: cũ bonũ dñz habeam⁹. Eo tpe q̃ttuoꝛ ei⁹ diaconi inuicẽ ꝓuenerũt: tractãtes in ſe q̃s poſt eius obitum bonus eſſet. Cũ ergo a loco in quo vir dei iacebat lõge eſſent: vt ſimplicianum ita plane nominaſſent vt vix inuicem ſe audirent. Ille ab eis longe poſitus ꝓtinuo exclamauit. ſenex ſed bonus: qđ illi audientes territi fugerunt: r nõ niſi illũ poſt ei⁹ obitũ elegerũt. Honoꝛat⁹ veꝛo ep̃s ẏcellẽſis q̃ beati ambroſij exitũ expectabat: cũ ſe ſopoꝛi dediſſet: vocẽ tertio ſe clamãtẽ audiuit. Surge qr̃mõ eſt receſſur⁹. Qui cõſurgens mediolanũ cõcit⁹ venit: r ei dñici coꝛpis ſacramentũ dedit. Qoꝛq̃ ille man⁹ in moduz crucis expãdit: r vltimũ ſpiritũ inter ẏba oꝛationis efflauit. Floꝛuit aũt circa ãnos domini cccxc. Cum aũt in nocte paſce coꝛpus eius ad eccl̃iaz fuiſſet delatũ: plurimi infantes baptizati eũ viderũt: ita vt aliq̃ eũ ſedentem i cathedra vel tribunali dicerẽt. Alij aſcẽdentẽ in celũ parentibus ſuis digito demõſtrarẽt. Nõnulli veꝛo ſtellam ſup coꝛpus eius ſe vidiſſe narrarent. Anima igit̃ illius ad ethera ꝓuolauit: ibiq̃ inter angeloꝛ agmina fruit̃ eterna pace: ad quaz nos pducat ieſus filius dei. Qui ſit bñdictus i ſecula ſeculoꝛũ. Amen.

Sermo. lxij. de ſancto Antonio abbate. q̃ diaboli tẽptamenta cũ dei adiutoꝛio viriliter ſupauit.

Beat⁹ vir qui suf

fert tēptationē: qñ cum ꝓbatus fue
rit accipiet cozonā vite: quaz repzo
misit deus diligētibus se. Scribunt hec verba
originaliť Jacobi. j. c. In toto terrarū orbe cla
rus habeť antonius: qui suffragia eius poscen
tib⁹: liberalissime ꝺescēdere ꝓsueuit Est quip
pe magni meriti apud deū: ido se inuocantes a
periculis grauissimis ꝓsepe liberat. Moti ex
hoc fideles die festiuitatis ei⁹ vbi solēniter agunt
Alicꝙ ꝙuiuia pauperibus ꝓparantes. Nonnulli
diuina ꝓ ministros ecclesie celebrari facientes.
Quidam vero pia vota exsoluētes ieiuniorū ꝛ
visitationū temploꝝ dei: que vocabulo sancti
antonij sūt ꝓsecrata. Idcirco in pñti ꝓmone de
ipo patre beatissimo dicturi erim⁹. Cuius lau
des potissimū extollunť: qz demones ꝓfudit at
qꝫ deiecit: passus eñ eoꝝ importunas insidias
nō succubuit: imo superbiam illoꝝ cōtriuit atqꝫ
deuicit. Ideo ꝙuenientissime ꝺ illo dicunť ver
ba in themate posita. In qb⁹ de tēptatione illi
us tria mysteria ꝓponim⁹ ꝓtemplanda.

¶ Primū ꝺz verificationis.

¶ Secōm modificationis.

¶ Tertium cozonationis.

Qꝺ diabol⁹ tēptauit Antoniuz ꝙ semꝑ temptat ad maluz. ꝛ de ꝙbusdam du bijs tēptationis. Caplm. i.

Primuz mysteri
um cōtemplandū de tēptatiōe beati
antonij ꝺz verificationis. vere ꝙpe
a diabolis tēptat⁹ fuit ꝙrentib⁹ eum a via recta
deuiare. Ez ꝓ amplioze hui⁹ partis intelligen
tia qttuoꝝ dubia erunt absoluenda.

¶ Primū vtꝝ ꝓpziū diaboli sit tēptare.

¶ Secūꝺū vtruz deus ꝓmittere debeat homi
nes a diabolo temptari.

¶ Secūdo fides xpi autenticata fuit martyrio ꝑ̄cio beate cecilie. Inquirēs eñ almchius facultates Valeriani ⁊ Tiburcij: ceciliam coraꝫ se fecit astare. Jussitqꝫ vt idolis imolaret: aut sententiā mortis acciperet. Cuꝫ autē ad hoc ab apparitoribus vrgeret. ⁊ illi vehementer flerēt eo ꝙ puella tam decora ⁊ nobilis vltro se morti traderet. Dixit ad eos. Hoc boni iuuenes nō ē iuuentutez perdere: sed mutare. Multaqꝫ eis de fide xpi ⁊ futura vita beata persuasit. Quare exclamantes illi dixerūt. Credimus christū verum esse deum qui talē famulā possidet. Vocato ergo vrbano episcopo quadringēti ⁊ amplius baptizati sunt. Tunc almachius sanctaꝫ ceciliā ad se aduocās: diutius cū ipa de fide cōtendit. Tandem ab ipa rationabiliter superat⁹ iussit illam ad domū suā reduci. Ibiqꝫ tota nocte ⁊ die buliente balneo concremari: que quasi in loco frigido mansit: nec modicum saltez sudoris psensit. Q̄ cum audisset almachi⁹ iussit eam in ipo balneo decollari: quā spiculator tribus ictibus in collo ꝓcussit: sed tamē caput ei⁹ amputare non potuit. Et quia decretū erat ne quartā percussionē decollandus acciperet: eaꝫ semiuiuentem cruentus carnifex dereliquit: ꝑ triduū autē supuiuēs: oīa que habebat pauperibus tradidit. Et oīes quos fidez ad ꝙerterat vrbano episcopo cōmendauit dicēs. Triduanas inducias mihi postulaui: vt hos tue beatitudini cōmendarē: ⁊ hāc domū meā in ecclesiā cōsecrates. Sācto aūt vrbano corpus eius inter ep̄os sepeliuit: ⁊ domū suaꝫ vt rogauerat in ecclesiā cōsecrauit. ¶ Tertio fides cecilie fuit defensata martyrio beati vrbani. Hic vt legit in officio eccl̄ie: fuit natiōe roman⁹: ex patre pōtiano: qui sedit annos octo menses vndecim: dies vndecim. ¶ Post multa vo ab eo circa conuersionē paganoꝝ laudabiliter gesta. Almachius ꝓnominat⁹ inquiri eū fecit ⁊ i quodā antro cum tribus ꝑsbyteris: ⁊ tribus diaconibus reperit: et in carcerē missus est. ¶ Post hoc plūbatis cum socijs cesus est: ⁊ iterū in carcere reclusus: vbi tres tribunos ad se venientes cū custode carceris anolino sanct⁹ vrbanus baptizauit. Audito ꝙ auolinus xpianus factus eēt ꝑfecto resistit ⁊ sacrificare renuens decollatur. Sanctus vero vrbanus ⁊ socij capitalē sententiam acceperūt. Qz statim almachius a demone arripitur ⁊ deos suos blasphemās ⁊ xpianos inuitus magnificās a demone suffocat. Q̄ cui⁹ vxor mamertia videns cū filia sua lucina ⁊ tota familia a sancto fortunato ꝑsbytero baptismuꝫ suscepit: ⁊ post hꝫ sanctoꝝ corpora honorifice sepeliuit. Ecce quales fructꝰ produxit fides cecilie cui⁹ exemplo miraculis ⁊ doctrina: tāta multitudo quenit ad xp̄m. Ad erito igit desp̄sauit eam: tribuitqꝫ coronaz eterne beatitudinis In qua gloriosa residebit per infinita secula seculorum. Amen.

Sermo. lxvij. de fide inuictissima beate lucie virginis siracusane.

VEnit sponsus et q̄ parate erāt intrauerūt cū eo ad nuptias. Verba sūt redemptoris nr̄i: originaliter Mat. xxv. ca. ⁊ in euāgelio hodierno. ¶ Promittit merces etne vite oīb⁹ qui credūt i xp̄m filiū dei de ꝙgine natū. Un̄ saluator ipse Joh. iij. ca. dicebat. Exaltari oportet filium hois: vt oīs q̄ credit i ip̄m nō pereat: ꝫ habeat vitā eternā. Et. vj. ca. Hec ē volūtas p̄ris mei q̄ misit me: vt oīs q̄ videt filiū: ⁊ credit in eū habeat vitā eternā. Et itez eodē ca. Amē amē dico vob: q̄ credit in me hz vitā eternā. Et. xj. ca. Ego sū resurrectio ⁊ vita. Qui credit i me etiaz si mortu⁹ fuerit viuet. Et oīs q̄ viuit ⁊ credit i me nō morietꝰ in eternū. Et eodē ca. Si credideris videbis gliam dei. ¶ Propterea beatissima ꝙgo lucia fidē ibu xp̄i p sue aie ornamē: o suscipiēs ad nuptias delicatas paradisi pcucurrit. Qua de re ip̄am laudib⁹ psequi cupientes. In solēnitate eius: ad suā fidez vertemus ꝓmonē. De quatria mysteria ꝓponimus contemplanda.

¶ Primū dicit infusionis.
¶ Secūm roborationis.
¶ Tertiū ꝓsūmationis.

Qualiter fides infusa fuit anime beate lucie a deo. ⁊ quomodo meritoriū est credere: ⁊ q̄ fides informis sit donum dei. Capm. I.

Primuz mysteri
um ꝓtēplandū de fide beate lucie ꝺ: infusionis. Naz fuit in ea viua fides ⁊ formata: qm̄ deꝰ infudit illā eius mēti atq; fer uēter xp̄m ꝓfessa est: in quē pfecte credidit. Sz in hac pte tria dubia declaremus.

¶ Primū vtrū credere sit meritoriū.

¶ Scōm vtrū fides sit aīe infusa a deo.

¶ Tertiū vtrū fides informis sit donū dei.

¶ Ad primuz dubiū rn̄det Augꝰ sup Joēm dicēs. Sicut i radice arboris nulla apparet spe cies pulchritudinis: ⁊ tn̄ q̄: q̄d ē i arboꝛe deco ris ex illa pcedit. Sic ex fidei humilitate: q̄ cq̄d meriti: q̄ cq̄d beatitudinis aīa suscepturа ē: ex fi dei fundamento pcedit. Sanctꝰ ꝯo Tho. scḋa scḋe. q. iij. ait. Q actꝰ nr̄i sūt meritorij: inq̄tū p cedūt ex libero arbitrio moto a deo p gr̄az. Ex q̄ ois actꝰ hūanꝰ q̄ subijcit libero arbitrio si sit relatus in deū: pōt esse meritoriꝰ. Jp̄m aūt cre dere est actꝰ intellectus assentientis veritati di uine: ex imperio volūtatis a deo mote p gr̄am. Et sic subiacet libero arbitrio i ordie ad deum: vn̄ actꝰ fidei pōt esse meritoriꝰ. Sz ꝫ obijcit ali q̄s sic. Ille q̄ assentit alicui credēdo: aut hz cau sam sufficiēt inducētē ip̄m ad credēdū: aut nō Si sic tūc nō videt h̄ ei cē meritoriuz: q: nō ē ei iā liberū credere: ⁊ nō credere. Si aūt nō hz suf ficiēs inductiuū ad credēdū: tūc leuitaꝫ est cre dere. Jux illud Eccī. xix. ca. Qui cito credit le uis ē corde: ⁊ si non videt meritoriū esse. Ad h̄ ita rn̄det Tho. Q ille q̄ credit hz sufficiens in ductiuū ad credendū. Inducit em̄ auctoritate diuine doctrine miraculis ꝓfirmare: ⁊ q̄ plꝰ est interiori instinctu ducit dictātis: vn̄ nō leuiter credit: q: tn̄ nō hz sufficiēs inductiuū ad scien dum. ido nō tollit rō meriti. ¶ Scōz dubiū fu it vtruz fides sit infusa aīe a deo. Et ad h̄ rn̄det apl̄s ad Eph̄. ij. ca. dicēs. Gr̄a saluati estis per fidē ⁊ nō ex vob: dei em̄ donū est. Notandū tn̄ fm Tho. scḋa scḋe. q. vij. Q ad fidē duo req̄rū tur. q̄z vnū est: vt hoi credibilia ꝓponant: qō req̄rit ad hoc q̄ hō aliq̄d explicite credat. Aliud aūt qō ad fidē req̄rit ē assensus credētis ad ea q̄ ꝓponūt. Quantum g̃ ad primū horz necesse est: q̄ fides sit a deo. Ea em̄ q̄ sūt fidei excedunt potētiā humanā. vn̄ non cadūt in ꝓtēplatione hois: sine cognitiōe nisi deo reuelāte. Sz q̄bus dam q̄dē imediate reuelant a deo: sicut sunt re uelata apl̄is ⁊ ꝓphetis. Quibusdā aūt ꝓponū tur a deo mittētes fidei p̄dicatoꝛes. Quantuz vero ad scōz. s. ad assensū hois ad ea q̄ sūt fidei p̄t cau sa ꝓsiderari duplicit. Una q̄dē exteri⁹ inducēs sicut miraculū visū: vel psuasio hois fidē docē tis: q̄z neutz ē sufficiēs eā videndū em̄ idez mi raculū ⁊ audiendū eandēq; p̄dicationē siue do ctrinā: q̄dā credūt: q̄dā nō credūt. Et ido opter ponere aliā causā interioꝛē: q̄ mouet hoiez inte rius ad assentiēdū his: q̄ sūt fidei: hanc aūt cau sam pelagiani ponebant solū libez arbitriū ho minis. Et ꝓpter h̄ dicebāt q̄ initium fidei ē ex nobis inq̄tum scz ex nobis ē: q̄ parati sum⁹ ad assentiendū his q̄ fidei sunt. Sz ꝓsūmatio fidei est a deo: p quem nobis ꝓponunt ea q̄ credere debem⁹. Sz ē falsū: qz cū homo assentiēdo his q̄ sunt fidei eleuetur sup naturaz suā: optet q̄ h̄ insit ei ex supnaturali p̄ncipio interius moven te: qđ est deus. Et ideo fides q̄tuz ad assensū q̄ est p̄ncipalis actꝰ fidei ē a deo interi⁹ mouente p gr̄am. ¶ Tertiū dubium fuit vtz fides infoꝛ mis sit donū dei. Et ad h̄ rn̄det q̄ sic. Nā glo. j ad Corl. xiij. ca. ait. Fides q̄ est sine charitate ē donū dei. Si autē obijceret q̄ fides informis ē q̄d impfectū: ⁊ opa dei sūt pfecta. vt ꝺ: Deute rono. xxxij. ca. ergo fides informis non est opꝰ dei. Rn̄det Tho. q̄ fides informis ⁊ si nō sit p fecta simpliciter pfectiōe ꝺtutis: est tamen pfe cta q̄dā pfectione: que sufficit ad fidei rationez. Iterū posset quis instare sic. Quecunq; deus sanat totaliter sanat. vn̄ xp̄s dixit Jobis. vij. ca. Totū hoiem sanū feci: sed p fidem hō sanaꝫ ab infidelitate. Quicū q̄ g̃ donum dei accipit si mul sanaꝫ ab oibus peccatis. Sed hoc non fit nisi p fidem formataz: ergo sola fides formata ē donū dei: ⁊ non fides informis. Ad hoc ita diē Tho. q̄ ille qui accipit fidez a deo q̄uis absq; charitate nō simpliciter sanatur: sed sanaꝫ fm quid scz vt cesset de tali peccato. hoc autem fre quenter ꝓtingit: q̄ aliquis desistit ab vno actu peccati: etiā deo h̄ faciēte: q̄ tn̄ ab actu alterius peccati nō desistit: ppꝛia iniquitate suggerēte Et p hunc modū datur aliq̄n a deo hoi: q̄ cre dat: nō tn̄ datur ei charitas. Sicut etiā aliq̄b⁹ daꝫ absq; charitate donum ꝓphetie: vel aliq̄d sīle. In hoc ita q̄ relucet bonitas summi dei: q̄ etiā peccatoꝛib⁹ sua dona gratis data largitur. Q em̄ multi absq; charitate operent actus bo nos ex genere: ⁊ deo ⁊ ecclie obedient: a deo p uen it. Q alij absq; charitate firmiter ⁊ simpliciter credāt: ex fonte diuine pietatis hominē ad iuuantis ꝓcedit. Si vero aliqui fidem formatā habeant p charitatem ⁊ opa bona a bono deo efficiente idipsū recipiūt. Jp̄e ergo hanc fidem lucie virgini tribuit: quā ipa libenter cōplexa totam se diuine voluntati cōmisit. Erātq; opa eius sancta: iusta: recta: mūda: qualia decet p sequi credentes in xp̄m.

De tribus miraculis q̄b⁹ roborata fu it fides beate lucie. Capl̄m. ii.

Decūdum mysterium contemplandū de fide beate lucie dicit roboratio Fuit enim a deo fides eius roborata triplici miraculo.

¶ Primū fuit sancte agathe visio.

¶ Scōm matris sanatio.

¶ Tertiū corporis firmatio.

¶ Primū miraculū quo fuit fides lucie roborata ⁊ magnificata dicit sancte agathe visio. Audiens enī famā sācte agathe p totā siciliā diuulgari: sepulcrū eius adijt cū matre sua euticia: lōgo iam satis tēpore fluxū sanguinis incurabiliter patientē. Inter ipa igitur missarū solēnia contigit vt illud euāgeliū legeret: in quo dñm mulierē ab hac passione sanasse narratur. Tūc lucia matri dixit. Si credis his que leguntur crede agathā illum semp habere p̄sentez: p cuius nomine sustinuit passionē. Si ergo eius sepulcrū credens contigeris p̄fecte: cōtinuo sanitate gaudebis. Igitur recedētibus cunctis: et mre ⁊ filia iuxta sepulcrū in oratiōe existentibus: lucian somnus arripuit: viditq; agathā i medio angelorū: gēmis ornatā stantem: ⁊ dicentē sibi Soror mea lucia virgo deo deuota: quid a me petis: qđ ipsa poteris p̄stare continuo matri tue. Nam ecce p fidem tuaz sanata est. Sed dū ista loquimur: increduli nos accusare p̄tēdunt Mulieb̄ria inquiūt sunt ista ⁊ leuibus psonis enarranda. Nam dixit sapiens. Multos fecerunt errare somnia ⁊ exciderunt sperātes i illis Quibus nos respondem⁹. q̄ dz somnia possint euenire: vel a causa naturali: vel a causa voluntaria: vt ab influentia celi: vel ab illusiōe: tamē ⁊ sepe euenisse repimus a volūtate creatoris: q̄ sic disposuit i sōnis mlta mysteria reuelare Nō ne Geñ. xxviij. ca. Vidit iacob in somnis scalā stantem super terram ⁊ cacumē illius tangens celum: angelos quoq; dei ascēdentes ⁊ descendentes p eam: ⁊ dñm innixū scale dicentez sibi. Ego sum dñs deus abraam patris tui ⁊ deus Isaac. Joseph etiam vt scribit Geñ. xl. ca. Interp̄tatus ē somnū pincerne ⁊ pistoris pharaonis: ⁊ somnū ipius pharaonis: vt patz Geñ. xlj. ca. Et Dañ. ij. ⁊. iij. ca. habet. qualit̄ ipse daniel reuelauit significationem somniorū nabuchodonosor regis babylonie Magi adhuc post ē adorauerūt xp̄m āmoniti fuerunt i somnis: ne redirent ad herodē. Et Joseph ab angelo in somnijs instructus fuit: vt cū puero ihu et virgine matre fugeret in egyptum. sicut recitat Matth. ij. ca. Apud gentiles etiā somnia sepe aliquid significare cōperta sunt. Unde Valerius multa de somnijs scripsit lib. j. Sicut ō somnio simonidis q̄ naufragiū euasit. Et ō somnio matris dionysij que cū conceptum vtero habe ret: somniauit se satiristū parere: satirist⁹ serpēs est de quo tiriaca conficit. Consultoq; pdigiorū interp̄te clarissimū ac potētissimū filiuz dixit paritura. Et ita refert alia ꝑplurima. Tullius aūt in. j. de diuinatione ait. Est apud platonē: q̄ cum socrates esset in custodia publica: dixit critoni familiari suo se post diē tertiū moriturū vidisse q̄ in somnis pulchritudinis eximie feminā que se noie appellans diceret: homericum quendā versū. Terclatichile tempestas leta leuabit. qđ vt est dictū sic scribit contigisse Suetonius aūt in lib. de. xij. cesarib⁹ recitat. Q̄ nocte p̄cedēte diē qua cesar occisus fuit: vxori ei⁹ in q̄te vidit fastigiū domus labi: ⁊ cesarē in sinu suo iacentē multl vulnerib⁹ p̄foratum: quare somnij atrocitate p̄territa: eum rogare nō desistit. vt die p̄xima se a curia abstineret. Dicta sunt hec oīa vt ostēdamus nō esse quid fabulosū q̄ de visione beate lucie superius explicauimus: sicut rei exitus: vt aparebit plene ꝑfirmat. ¶ Scōz miraculū quo fides lucie roborata fuit ⁊ vera declarata: dicitur matris sanatio Euigilās q̄dē a somno lucia matri dixit. Mater mea ecce sanata es: p ipam ergo te dep̄cor q̄ suis orationib⁹ te sanauit: ne mihi de cetero nomines sponsuz. Sed quicq̄d mihi datura eras p dote: pauperib⁹ elargire. Cui mater. Tege p̄ oculos meos ⁊ quicq̄d volueris ō facultatibus facito. Ad quā lucia. qđ moriēs das. idō das: q⁹ tecū ferre nō potes. Da igit dum viuis ⁊ mercedē habebis. Cū ergo rediissent fit quotidiē detractio rez: ⁊ dant in necessitatib⁹ paupertū. Interea dū patrimoniuz distribuit. spōsus lucie de his nutricē ei⁹ interrogauit Rñdit illa caute q̄ vtiliorē possessionē spōsa sua inuenisset quā volebat emere. Et ideo videbat aliquāta distrahere: credidit ille ⁊ cepit auctor esse vēdē tā. ¶ Tertiū miraculuz q̄ fides lucie roborata fuit: ō corpis firmatio. Nā venditis oībus et pauperib⁹ erogatis. Spōsus trahit eā cora pascasio cōsulari dicēs eam xp̄ianā esse ⁊ ꝫ leges agere augustoz. Inuitāte eā pascasio ad sacrificia idoloz. Rñdit. sacrificiū placens deo ē: visitare pauperes: et in necessitatibus subuenire: ⁊ quia iam amplius non habeo quid offerā meip̄am sibi offerendā tribuo. Cui pascasius. Ista ꝛba tibi simili stulto xp̄iano narrare poteris: mihi aūtez qui p̄incipū decreta custodio: frustra p̄sequeris. Ad quē lucia. Tu p̄ncipum tuoz decreta custodis: ⁊ ego legem dei mei custodiā. Cui pascasi⁹. patrimoniū tuū cū corruptorib⁹ expēdisti: ⁊ ideo q̄si meretrix loqueris Cui lucia patrimoniū meū in tuto loco constitui: corruptores aūt mentis et corporis nunq̄

sciui. Rñdit pascasi⁹. q̄ sūt corruptores mētis ⁊ corpis. Lucia dixit. Corruptores mēt⁊ vos estis: q̄ suadetis vt aia suuz deserat creatorem. Corruptores corpoꝝ sūt: q̄ tpalē delectationē ꝓponunt epulis sempiternis. ¶Pascasius dixit Cessabūt ꝟba cū ꝓuentū fuerit ad ꝟbera. Cui lucia. verba dei cessare nō pñt. Cui pascasi⁹. tu ḡ deus es. Lucia rñdit. ancilla dei sū. Qui dixit. Nū steteritis añ reges ⁊ pſides nolite cogitare quō aut q̄d loquamini: dabit eñ vobis in illa hora q̄d loquamini. Nō eñ vos estis q̄ loquimini: ꝫ spūs patris vr̄i q̄ loquitur i vobis. ¶Pascasi⁹ dixit. In te ḡ spūssanctus est. Cui lucia. q̄ caste viuūt templū sūt spūssancti. Cui pascasi⁹. ego faciā te duci ad lupanar: vt ibi violationē accipias: ⁊ spiritūsanctū perdas. Cui lucia. Non inquinat corpus nisi de cōsensu mentis: nā si inuitā violari me feceris castitas mihi duplicabit ad coronā: nunc aūt volūtatē meam ad consensū poteris ꝓuocare. Hoc loco doctores dicunt. q̄ si aliqua ꝟgo violenter oꝑimat ꝟginitatis coronā nō amittit. Sicut patet xxxij. q. v. ca. q̄ aūt. ca. tolerabili⁹. ca. reuera. ca. nō pōt. ca. ꝓposito. ca. de pudicitia. ca. magis timeam⁹. Sanct⁹ ꝟo Tho. in suo q̄rto dis. xlix. arti. v. ita ait. Si aliqua ꝟgo ꝑ violentiaz oꝑessa fuerit non amittit ꝓpter ꝫ aureolā virginitatis: dūmodo ꝓpositū ꝓpetuo ꝟginitatē ꝟuandi inuiolabiliter teneat. Et ꝫ siue ꝓ fide siue ꝓ quacūq̄ alia causa violēter corrumpatur Sed si ꝫ ꝓ fide sustineat erit ei meritoriū: ⁊ ad gen⁹ martyrū ꝓtinebit. Ūñ lucia dixit. si inuitam me feceri⁊ violari: castitas mihi duplicabitur ad coronā: non q̄ habeat duas ꝟginitatis aureolas: ꝫ q̄ duplex p̄miū reportabit: vnuz ꝓ ꝟginitate custodita: aliud ꝓ iniuriā quā passa est. Dato etiā q̄ talis violēter oꝑessa ꝯcipiat: nec ex ꝫ meritum ꝟginitatis pdit. hec Tho. Ad luciā iā redeam⁹: q̄ pascasio addidit. Ecce corp⁹ meū ad oñe suppliciū paratuz: q̄d moraris. Incipe fili diaboli desideria tuaꝝ penarū exercere. Tūc pascasius leones ad se venire fecit dicēs eis. Inuitate ad eā oēm populum ⁊ tādiu illudat: donec mortua nūciet. O stupendū miraculū. O inuincibilis ꝟtus dei viui volētes eā trahere. Tāto pōdere spūssanctus eaz fixit: vt oino iꝑaz mouere neq̄rent. Fecitq̄ pascasius mille viros accedere: ⁊ man⁹ ⁊ pedes ligare: ꝫ eā nullaten⁹ poterāt mouere. Tunc etiā cum viris mille paria boū adhibuit: sed tamen ꝟgo domini imobilis ꝑmansit. vocatis autez magicis vt suis incantationib⁹ moueret omnino moueri non potuit. Dixitq̄ ¶Pascasi⁹ Que sunt ista maleficia. q̄ vna puella a mille hominibus non mouet. Lucia dixit. Nō sunt ista maleficia: sed beneficia christi.

Qualiꝫ beata lucia voluit ꝓ fide xp̄i vitam p̄sentē ꝓ martyrij tolerantiam cōsūmare. Caplm. iii.

Tertiū mysteriū cōtemplanduz de fi de beate lucie dicit cōsūmationis. Voluit equidē ꝓ fide xp̄i p̄sentem vitā ꝓ martyrij tolerantiā cōsūmare. In quo tria concurrerunt.

¶ Primū a morte p̄seruatio.

¶ Scōm secretoꝝ reuelatio.

¶ Tertiū corpis xp̄i susceptio.

¶ Primū q̄dē occurrit circa tolerantiam' martyrij beate lucie: d̄z a morte p̄seruatio. Nō eñ tormenta potuerunt extinguere illaz: ita cito sicut fecissent: q⁹ de⁹ p̄seruabat eā vsq̄ ad tps. Naz cum pascasius angustiarek nimis: videſ illam adeo imobilē effectam: iussit copiosū ignē circa eam accendi picēq̄ ⁊ resinā ac feruens oleū supeā fūdi. Dixit lucia. Indutias impetraui martyrij mei: vt credentib⁹ timorē auferam passionis ⁊ non credentib⁹ vocē insultationis: videntes autē amici pascasij euz angustiari: in gutture ei⁹ gladium imerserunt: q̄ nec sic extincta est nec loquelā amisit. ¶ Scōm q̄dē cōcurrit circa martyriū beate lucie: dicit secretoꝝ reuelatio. Reuelauit eñ ea q̄ secreta erant: ⁊ sciri nō poterant: ꝓpter distantiā loci. dixitq̄. Annūcio vobis pacem ecclesie redditam maximiano hodie mortuo ⁊ de regno suo diocletiano expulso Et sicut ciuitati cathanensi sororꝝ mea agatha data est ꝓtectrix. Sic ⁊ ego ciuitati siracusane cōcessa sum interuentrix. Dum hec verba loquitur. Ecce ministri romanoꝝ venerunt ⁊ pascasiū apꝛehēdētes: vinctum ad cesarē secū duxerūt. Audierat eñ cesar q̄ m⁹ta rapuerat. Quare de suis sceleribus ꝓuictus capitali sententia fuit punitus. ¶ Tertium q̄dē cōcurrit in martyrio beate lucie: dicit corpis xp̄i susceptio. Naz de loco in q̄ ꝑcussa est: non est mota: nec spiritū tradidit: quoadusq̄ venirēt ⁊ corpus dñi sacerdotes ei traderēt: ⁊ oñes astātes amen dño rēspōderēt. In eodē aūt loco ē sepulta ⁊ ecclia fabricata. Fuit alia lucia cui⁹ officiū ecclesia celebrat mense septēbris. hec tpe diocletiani ⁊ maximiani in viduitate ꝓ annos triginta et sex mā serat. Cuiusq̄ anni totius vite fuerunt septuagintaquinq̄: put legitur in suo officio. Iſta accusata a filio Eupꝛepio q̄ christiana esset iussu diocleciani carceri mancipata fuit: vbi cōsolationē diuinā ꝓmeruit. Deinde cor̄ diocleciano sedente ꝓ tribunali extensa est: et fustibus diutissime verberata. ¶Postea i ollam plumbo

plenā i circuitu igne copioso succēsā deuersa ē. Ubi sācta dei psallēs triduo vixit vltimo gladio aiaduersa ē. Itaq; ꝓma lucia i ꝟginitate ꝑmanēs: martyriū ꝓ xp̄o passa ē. Ista ꝟo in viduitate pseuerans: mori ꝓ xp̄o non recusauit. Quaꝝ aie gl̄iaꝝ celestis regni ꝫeternū pacifice possidebūt. Ad quā nos ꝓducat ih̄s filiꝰ dei: q̄ sit benedictꝰ in secula seculoꝝ. Amen.

Sermo. lxviij. de laudibꝰ vere amicitie. q̄ hoies in sācte ꝓseruat.

Beatus qui ínuenit amicū veꝝ. Sapientis ꝟba sunt ista originaliꝫ Eccī. xxv. ca. Satis efficax est tā in spūali q̄ ciuili vita: vinculū amicitie vere: q̄ hoies cōmunicant sibīꝫ pis vtrāq; fortuna ꝓpterea a macrobio species iusticie ponit & ab ipo atq; a carceris sapientibꝰ miris laudibus ꝓconizat: qꝝ tamē plericq; ferales potius q̄ rōnales hoies amicitiā & paruipendūt & fugiunt. Idcirco in p̄senti sermonē de eiꝰ laudibus erimus verba facturi: de qua tria mysteria ꝓponimus cōtemplanda.

¶ Primū dr cōmendationis.

¶ Scdm distinctionis.

¶ Tertiū significationis.

Q̄ oēs sācti & morales phi gloriose loquunt de amicitia. Caplm. i.

Primus mysteriū ꝓtēplandū de amicitia dr cōmēdationis. Oēs q̄ppe tam sācti q̄ phi morales de illa glorioſe loquūt. Unde sapiēs Eccī. vj. ca. ait. Amicꝰ fidelis ꝓtectio fortis. Et Cassiodrꝰ in libro de amicitia. In hūanis rebus nihil amicitia dulcius ꝫenit: nihil sanctiꝰ appetit: nihil fructuosiꝰ custodit. Et in eodem li. Amicitia ꝓpria suauitate ꝟtutes alias condit: aduersa tpat: tristia q; iocundat. Et idez in ep̄lis. Sine amicis oīs cogitatio esset tediū oīs opatio labor: oīs terra pegrinatio: oīs vita tormētū: sine amicoꝝ solatio: viuere eēt mori. Et Ambro. li. d officijs. Solatiū q̄ppe vite huiꝰ ē: vt habeas cui pectꝰ tuuz aperias: cui archana cōices: cui secreta tui pectoris cōmittas: vt colloces tibi virū fidelē: q̄ in psperis gratulet i tristibꝰ cōpatiat: in psecutionibꝰ abhorreat. Et Valerius maximus li. iiij. Amicitie vinculum potēs ē & p̄ualiduz: neq; vlla ex pte sanguinis viribꝰ inferiꝰ. Et Quintilianꝰ in li. declamationū. Nō reperio q̄d in rebꝰ hūanis excogitauerit natura p̄stātiꝰ amicitiā: q̄d ꝯcordia ꝫ fortunā maius auxiliū. Et Salust. in iugurtino. Nō exercitꝰ neq; thesauri sūt regni p̄sidia: sed veri amici: q̄s neq; armis cogere: neq; auro parere queas: officio fideq; parant. Et Seneca in lib. de tranq̄llitate animi. Nihil eque oblectat animū: q̄ amicitia fidelis & dulcis. Et Theophrastus phūs. Quāti ē sine aia corpꝰ: tāti ē sine amicis hō. Et scōs phūs interrogatꝰ ab adriano cesare. q̄d est amicus. rñdit. desiderabile nomen: infelicitatis refugiū: indeficiēs quies: amanda felicitas. Et Aristo. in. viij. Ethico. ca. j. Amicitia maxime necessaria est in vita: sine amicis nullus eligeret viuere: habēs reliq̄ bona oīa et mendicantibus et principatus et ptātes possidentibus: videt amicis maxime opus esse. Et idez in. ij. politice. Amicitiā q̄dem putamꝰ maximū esse bonoꝝ ciuibꝰ. Et idē in. iij. topicoꝝ. Magis eligenda est supabundantia amicitie q̄ pecuniaꝝ. Et Tullius i q̄stionibus tusculanis. Sūmū genꝰ felicitatis est hr̄e amicos. Et idē in li. illo de amicitia ō q̄ inquit aulusgelius in. j. noctiū acticaꝝ. Q̄ cū libꝝ illuz cōponeret legit libꝝ theophrasti ō amicitia ait. Excepta sapia nil melius est datuz hoi a dijs imortalibꝰ amicitia. Et itez ibi. Solem e mūdo tollere videt: q̄ amicitiā e vita tollūt: qꝝ nihil a deo meliꝰ habemꝰ: nihil iocūdius. Et iteruz. Ego vos hortari tm̄ possū: vt amicitā oibus rebꝰ humanis anteponatis. Nihil eñ est tā nature aptuz tāq; cōueniens ad res vel scōas vel aduersas. Et idē li. j. de finibꝰ bonoꝝ & maloꝝ. Omniuz rerū ās ad beate viuēdū sapia cōparauit. nihil est maius amicitia: nihil vberius: nihil iocūdius. Sed ꝑter ꝓdicta querunt aliqui: vt ꝫ felix i digeat amicis. Et posset argui q; non: qꝝ q̄cūq; sūt q; se sibi sufficiētes ex bonis q̄ hūt: non indigēt amicitia alioꝝ: ꝫ felix p se oīuz bonoꝝ sufficientiā hz. g̃ nō videt indigere amicis. In oppositū ꝟo arguit tali rōne. Inter oīa exteriora est maximū bonū hr̄e amicos. vt ꝑbatū ē paulo supius p Aristo. Si g̃ felici cui oīa bona tribuunt nō dant amici: tūc felici deerit maximū bonoꝝ exterioꝝ scz amicitia qō est ꝫ rōnez felicis. Rñdet ab ista soluēda. q; aut loq̄mur de felicitate celestis patrie: aut de felicitate p̄ntis vite. Primo eñ si loquimur de pfecta felicitate q̄ erit in patria. tunc aut loq̄mur de necessitate beatitudinis: aut de bene esse. Primo mō dico q; societas amicoꝝ nō rer̄it de necessitate ad beatitudinē patrie. qm̄ ille q̄ habet totaz plenitudinē sue pfectionis in vno nō indiget in alia. sed beatus in patria habet totam plenitudinez sue pfectionis in deo. ergo nō indiget alio. Et hoc est qō scribit Sapie. vij. ca. Venerūt aūt mihi oīa bona pariter cum illa. s. cum diuina sapia q̄ in dei clara visione cōsistit. Unde Augꝰ. viij lib. sup Geñ. ad lram dicit. q; creatura spūalis

ad hoc q̄ sit beata non nisi intrinsecus adiuuat eternitate: veritate ⁊ charitate creatoris. Naz pfectio charitat̄ est essentialis beatitudini q̄tū ad dilectionē dei: nō aūt q̄tum ad dilectionez ꝓximi. Quare si eēt vna sola aia fruens deo nō hñs ꝓximū quē diligeret: adhuc beata eēt: sed supposito ꝓximo seq̄t dilectio ei⁹ ex perfecta dilectione dei. Uñ q̄si ꝯcomitanter se hz amicitia ad pfectaz beatitudinē. Scdō ꝙ si loq̄mur de bñ esse beatitudinis tūc verū ē q̄ ad illā facit sotietas amicorū: q̄ sicut beatitudo essentialis ē quā hz beat⁹ apō deū solum: ita beatitudo accidētalis ē: quā hz beat⁹ apō aliū beatuz. Si ꝙ loq̄mur ō felicitate imꝑfecta q̄ nihil aliud ē: largeillā sumendo q̄ ꝓsperitas ⁊ bonoꝝ tpaliuz abūdātia. tunc dico q̄ felix aliquo mō nō indiget amicis ⁊ aliquo mō indiget. Nā felix nō indiget amicitia vtili: q̄ existūt sibi oia bona: indiget tñ amicis maxime ꝓpter tria. ꝓmo ꝓpter cōicationē. vt cōicet amicis indigentib⁹ felicitatē suā. q̄m vt inq̄t ꝓplato i Thimeo. Bonos viros decet cōmodos esse. Et Ouidius in li. de ponto. Regia crede mihi res est succurrere lapsis. Cōueniēs hoi est hoiem ꝟuare voluptas. Scdō felix indiget amicis ꝓpter ꝓseruationē: q̄ nullus sufficit solus ꝟuare ꝓsperitatez suā. Ꝯo inq̄t Tulli⁹ in li. de amicitia. Uñ res humane fragiles sūt ⁊ caduce sp acq̄rendi sunt q̄s diligam⁹ ⁊ a q̄b⁹ diligamur. charitate eīm benuolentiaq̄ sublata ois ē sublata: ⁊ ita iocūditas. Tertio felix indiget amicis ꝓpter delectationē: q̄ delectabile ē ꝙuiuere amicis. Unde ⁊ Tulli⁹ in ꝓfato lib. de amicitia dicebat. Quid dulci⁹ q̄ hr̄e aliquē cuz q̄ audeas sic loq̄ oia vt tecū. ꝓpter h̄ oia ꝓcludit sapiēs Eccī. vj. c. Q̄ q̄ inuenit amicū fidelē iuenit thesauꝝ Amico q̄pe fideli nulla ē cōpatio ⁊ nō ē digna pōderatio auri ⁊ argēti ꝓtra bonitatē fidei illius.

De triplici amicitia. mala. falsa. ⁊ vera. Caplm. II.

Decūdū mysterium contemplandū de amicitia dicitur distinctio. Distinguitur quipe in scripturis diuinis ⁊ hūanis tripliciter. Naz
¶ Quedā est amicitia mala.
¶ Quedam falsa.
¶ Quedam vera.
¶ ꝓma amicitia dr mala. que est inter eos q̄ mali sūt. sicut Luce. xxiij. ca. scribit Q̄ facti sūt amici herodes ⁊ pilatus. Ubi glo. nephanduz fedus q̄ō herodes ⁊ pilatus in occidendo xp̄m pepegerūt. ꝓptereā Aristo. viij. ethi. ait. ca. iij Q̄ pfecta ē bonoꝝ amicitia: ⁊ p̄m ꝟutē similiū Et Tulli⁹ in li. ō amicitia inq̄t. Uirt⁹ amicitiā ⁊ gignit ⁊ continet: nec sine ꝟtute amicitia esse vllo pacto pōt. Et itez ibi sic ꝓcludit. Hoc sentio nisi i bonis amicitiā esse nō posse. ¶ Scda ē amicitia falsa: vel simulata q̄n sez aliqs diligit solo noie ⁊ nō ope q̄ō vtiq̄ facile impleri dicit Ambrosi⁹ li. iij. de officijs. Facilis inq̄t vox et cōis tuus sū totus: ꝑ paucoꝝ effect⁹. Sūt ⁊ alij q̄ se amicos dicūt: ⁊ nō nisi ꝓpter ꝓpriū cōmodū amant. ꝯ quos dicit Seneca ad lucillū. Negociatio est nō amicitia q̄ ad cōmoduz accedit. Et Hiero⁹ in epl̄a ad paulinū ait. Uera amicitia illa est ⁊ xp̄i glutino copulata quā non vtilitas rei familiaris. non ꝓsentia tñ corporis non subdola ⁊ palpās adulatio: ꝑ dei timor ⁊ diuinaꝝ scripturaꝝ studia cōciliant. Et idez super Osicheā pphetaz. Delicata ē amicitia q̄ amicoꝝ felicitatē ⁊ diuitias sequitur. Jn h̄ genere amicitie hodie voluiꝝ q̄si totus mūdus. Unde Ouidius li. ij. de pōto ait. Uulgus amicitias vtilitate pbat: illud amicitie quondā venerabile nomen ꝓstat ⁊ in questu ꝓ meretrice sedet Sūt ⁊ adhuc amici falsi. q̄n hi q̄ se amicos fatebant: amicos deserūt in aduersis. Nam vt scribit sapiēs ꝓuerbioū. xvij. ca. oñi tpe diligit q̄ amicus est. Et Ualeri⁹ lib. iiij. Sincere fidei amici pcipue in aduersis rebus cognoscūꝝ: in q̄bus quicq̄d pstaꝝ: totū a cōstanti beniuolētia pficiscīꝝ. Ob id Tulli⁹ in questi. tuscu. ⁊ in. iij li. de officijs. cōmendat vna cū valerio maximo dāmonē ⁊ ficiā pictagoricos q̄ amicitiarū animo adeo stricti erāt vt cū alterū ex his siracusanus dionysius occidere terminasset: ⁊ is q̄ mozti adiectus esset: paucos dies q̄bus domū pficisceret a dionysio impetrasset: sin aliū p reditu eī daret: alter rñdere p amico nō dubitauit: affirmans q̄ nisi rediret alius infra assignatum sibi terminū ipe mozeret. Oēs ꝓmo isto insultu sūt i admirationē versi: q̄q̄ derideret a plurimis ꝑ cū tandē reuerteret amic⁹ secq̄ ad diē termini ꝓsentasset: admirat⁹ tyrann⁹ eoꝝ fidē supplicīū remisit. Rogās se tertiū in societatē recipi. Qz hodierna die tales minime inueniunꝝ: q̄nimo vt Ouidi⁹ ait li. ij. de ponto. Diligiꝝ nemo nisi cū fortuna scda est. Et in lib. de tristib⁹. Donec eris felix multos numerabis amicos Tpa si fuerint nubila solus eris. Et in eodez libro: sic de quodā suo amico tepido lamentaꝝ.

Jn caput alta suum labenꝝ ab equoꝛe retro.
Flumina: cōuersis solq̄ recurrit equis
Terra ferat stellas: celum scindek aratro
Unda dabit flāmas: ⁊ dabit ignis aquas
Omnia nature ꝓpostera legibus ibunt.
Parsq̄ suū mundi nulla tenebit iter.
Omnia iam fient fieri q̄ posse negabam.

Et nihil est de quo nō sit habenda fides.
Hec ego vaticinor: q: sum deceptus ab illo.
Laturum misero: quem mihi rebar opem.
Illud amicitie sanctū ⁊ venerabile nomē
Re tibi ꝑ vili sub pedibusq; iacet.

¶ Tertia igit amicitia ⁊ vera est illa que fūdatur sup ꝟtutē ⁊ pseuerat in quolibet statu siue ꝓsperitatis siue aduersitatis.

De signis vere amicitie. Caplm. m.

CErtiū mysteriū ꝓtemplanduz de amicitia dicitur significatio. Sunt enim aliqua signa per que cognosci potest quādo quis est verus amicus. Et hec distinguuntur in tria. Nam

¶ Alia sunt signa cordis.
¶ Alia sunt signa oris.
¶ Alia sunt signa operis.

¶ Primo sunt alia signa cordis. que subdiuidi possunt in tria.

¶ Primū est voluntatū concordatio.
¶ Scōm secretoꝝ cōmunicatio.
¶ Tertiū animi ꝓfirmatio.

¶ Primū signū est voluntatū ꝓcordatio. de q̄ ait Tulli⁹ li. de amicitia. Idē velle ⁊ idē nolle. Ea demū vera est amicitia: qđ vtiq; itelligēdū ē in reb⁹ ꝟtuosis: debitis: ⁊ honestis. Nā ꝓcordia malox nō vere amicitia: ꝙ ꝑm similitudinem dici pōt. ¶ Scōm signū ē secretox ⁊ ꝓsilioz⁹ cōicatio. vt eñ ait Ambro. li. de officijs. Nihil occultat amic⁹: si ver⁹ ē. Verūtñ caute agendū ē vt ꝟuet regula Senece ad lucillū dicētē. Opia cū amico delibera: ꝙ de ipo ꝓius. Naz inquit Macrobi⁹ lib. saturnaliū. Ita amicū habeas vt hūc fieri posse inimicū putes. Et Valeri⁹ rubrica de dilectione ⁊ amore dicit. Rias aiebat oportere hoies ita i vsu amicitie versari vt meminerint eā ad ḡuissimas ꝓinimicitias posse cōuerti. Nō q̄dem p̄ceptuz ꝑma specie nimis fortasse callidum videbat: nimiūq; simplicitati: q̄ p̄cipue amicitia gaudet ꝓtrariū: ꝙ si animi altior cogitatio demissa fuerit ꝑ q̄ vtile reperietur

¶ Tertiū signū vere amicitie ꝺr animi ꝓfirmatio. Hoc vtiq; ad verā amicitiā spectare cognoscit: vt non statim mala de amicis credātur susurronib⁹ ⁊ bilinguib⁹. Idco Valeri⁹ li. iiij. rubrica de moderatione. laudat plautonē. qui cū a quodam audiret xenocratē discipulū suū de se multa impie locutū sine vlla cunctatione criminantē respuit. Instabat ille certo vultu causam querens cur sibi fides nō adhiberet. Adicit plato. Non esse credibile vt quem tātopere amaret ab eo non diligeret. Postremo cuz adiusiurandū inimicitias serentis malignitas cōfugisset ne de ꝓiurio eius disputaret affirmauit nunq; xenocratē illa dicturū fuisse: nisi ea dici expedire sibi iudicasset. ¶ Secūdo sunt alia signa ꝺr⁹ ⁊ hec distinguūtur in tria.

¶ Primū est secreta monitio.
¶ Scōm recta locutio.
¶ Tertiū manifesta laudatio.

¶ Primū signū ꝺr⁹ vere amicitie ē secreta monitio. Cū scz q̄s deꝑhēdens in aliq̄ suū amicuz errare secrete studet illū monere Iuxta saluatoris nr̄i documētū. q̄ Matth. xviij. c. dixit Si peccauerit i te frater tu⁹: vade ⁊ corripe eū iter te ⁊ ipm solū. Et ō h̄ ita pulchre loq̄t Ambro. li. iij. de officijs. Obiurget amicus amicū: non tactātie studio: ꝙ affectu charitat⁹: vt nec āmonitio aspera sit: nec obiurgatio cōtumelioſa Et Seneca in li. de moꝛib⁹. Vires tuas magꝭ amici sentiam bñficijs q̄ iniurijs. ¶ Scōm signuz ꝺr⁹ est recta locutio. vt amic⁹ magis loq̄t amico vera ⁊ vtilia q̄ blanda ⁊ falsa ⁊ cū suo dāno illi placētia. Hinc sapiens ꝓuerb. x. ca. ait. Simulator ore decipit amicū suū. Et. xvj. ca. Vir iniqu⁹ laudat amicū suuz: ⁊ ducit eū p viā non bonā. Et Aug⁹ sup illo verbo psalmiste. Laudat peccator in desideriꝭ aie sue. Adulantiuz inquit lingue alligant animas in peccatis: delectat eñ ea facere in quibus non soluz metuit reꝓhensor: sed etiā laudat peccator. ¶ Tertiū signū est manifesta laudatio. vt eñ inq̄t Chryſ. Hic mos amantiū est vt amorē suum silentio tegere neq̄ant. ¶ Tertio sunt alia signa vere amicitie in opere: ⁊ hec adhuc tria.

¶ Primū est grata cōuersatio.
¶ Scōm prompta condescensio.
¶ Tertiū honesta satisfactio.

¶ Primū signuz est grata ꝙuersatio. Inq̄t eñ Aristo. ix. Ethicoꝝ. Q amicus ē alius ipe. Et Tulli⁹. Amic⁹ ē alter ego. Id circo q̄ veri amici sūt: libenter ꝙueniūt: familiariter ꝙuersantur Quare ⁊ Aristo. dicit Q amicis eligibilissimū est cōuiuere. ¶ Scōm signū est ꝓmpta condescensio. Cū q̄s amico ꝺescēdit subueniendo sibi in necessitatib⁹ suis. Ideo ꝓbus q̄dā cū diceretur ei de quodā pauꝑe: ille amicus illi⁹ diuit⁹ est. cur inq̄t illo diuite pauꝑ est: amicus nō est: q̄ particeps non est fortune. Et dū amic⁹ aliq̄d expostulat: non est ꝓcrastinandū. Vñ sapiēs in ꝓuerb. dixit. Ne dicas amico tuo vade ⁊ reuertere cras eñ dabo tibi cum statim possis dare. ¶ Tertiū signū est honesta satisfactio. Nec amicus turpia petere debet: nec alius in his satisfactere tenetur. Hinc Valerius libro. vj. Rubrica grauiter dicta aut facta. refert publi⁹ Rutilius cum amici cuiusdam iniuste rogationi resisteret: atq; is per sūmā indignationē dixisset. Quid ergo opus est mihi amicitia tua: si quod

rogo non facis. Respondit. imo qđ mihi tua: si ꝓpter te aliqđ inhoneste facturus sū Et Aulus gelius in ꝓmo noctiū actica⁊ querēs an ꝓutilitate amicoꝝ delinquendū aliqñ sit. ait. Chilo lacedemoni⁹ de hoc dubitauit. Pericles athenieñsis egregius vir ingenio bonisqꝫ oib⁹ disciplinis ornatus ab amico suo rogatus vt ꝓ re causaqꝫ eius falsum deieraret Rñdit. Opus ē me amici cōmodare sed vsqꝫ ad aras theophrastus parua inquit ⁊ tenuis vel turpido vel infamia subeunda est. Si ea re magna vtilitas amico queri pōt rependitur quippe ⁊ cōpensatur leue damnū delibate honestatis maiore alia gratioreqꝫ in adiuuando amico honestate. hec aulusgelius. Sed Cicero in lib. de amicitia ita cōcluſit Nulla ē excusatio peccati: si amicitia peccaueris. Nā cū cōsiliatrix amicitie ꝟtutis: opinio fuerit. difficile ē amicitiā manere: si a ꝟtute defeceris. Hec de amicitia scripta sūt: vt cognoscat vnusquisqꝫ quāta sit vis illius: que tamen a rarissimis obseruat: vt decet: vbiqꝫ eteni puatus amor alas suas iam expandit: vnusqsqꝫ qđ suū est q̄rit ⁊ suo tm̄ cōmodo satisfacere studet. Nos ꝟo q̄ xp̄iani sumus ad amicitiā excolēdā inducimur: ꝑ legem illā diuinā: quā xp̄s deus dei filius de virgine natus verbo docuit: pariter ⁊ exemplo. Diliges ait primū ꝓ tuuz. qđ si fecerim⁹ pignus eterne vite ab eo largiter accipiem⁹: q̄ suam nobis gr̄am largiet i p̄senti seculo. Et in futuro gloriā sempiternā: in qua viuit ⁊ regnat ꝑ infinita secula seculoꝝ. Amen.

Sermo. lxix. de beatissimo cōfessore Antonio paduano de ordine minoꝝ

Non potest ciui-

tas abscōdi supra mōtē posita. ꝟba sūt redēptoris nr̄i originaliter Mat. v. ca. ⁊ in euangelio p̄sentis solēnitatis Cuncti fere mortales q̄ baptismali caractere sūt insigniti: beatū antoniū paduanuz deuotiōe ardentissima colunt ac veneranť: nec ipe patrociniū ei⁹ exposcentib⁹: ita sit affabilis ⁊ ꝓpitius vt videatur quodāmodo cuz illis cōuiuere ⁊ cōmorari. Null⁹ a fonte sue dulcedinis sitibūdus abscedit: oñibusqꝫ eum inuocantib⁹ p̄sto est Et vt verissime cantat ecclesia Ad sacrum eius tumulum frequēter membra languentū: modo sanitati quolibet morbo fuerint grauata restituūť. Propterea ne beneficiorum illius īmemores accusemur: in solennitate p̄senti ad sue laudis p̄conia extollēda: oi studio: oi diligētia: oiqꝫ vi dicēdi debem⁹ incūbere. Est q̄pe in eccl̄ia dei velut ciuitas posita in cacumine mōtis: q̄ ab oib⁹ videri p̄t. vt ꝟba ꝓposita dicūt. Nā multa in hoc sancto reperiunť q̄ fulgent in domo dñi: lucentqꝫ oib⁹ q̄ sunt in illa: ꝓpter q̄ patrē q̄ est in celis glorificāt ⁊ bñdicūt. Sed vt ista clari⁹ habeanť de sācto antonio in p̄sentiarū ꝟba facturi. Triplicē excellentiā eius pozabimus.

¶ Prima ꝺr religionis.
¶ Scda p̄dicationis.
¶ Tertia glorificationis.

Qualit̄ beat⁹ antoni⁹ etate tenell⁹ habitū canonicoꝝ regulariū sācti augustini suscepit. Indeqꝫ zelo martyrij succēsus trāsijt ad religionez minoꝝ

Capt̄m. I.

Prima excellentia sancti antonij: ꝺr religionis. Dedicauit nāqꝫ se deo: ⁊ in religione sācta laudabiliter vsqꝫ ad mortē p̄seuerauit. Ut em̄ scribiť i cronicis ordinis nostri minoꝝ. Fuerunt anni vite beati antonij. xxxvj. Nam fuit in domo parentū annis q̄ndecim. In monasterio ꝟo sācti vincentij annis duobus. Et in monasterio sācte crucis de colimbria nouē annis. Postremo in ordine beati frācisci multis miraculis clarus decē annos felicit̄ ꝓsumauit. Et ꝛ in eo multa ꝓueniāt: que sue religionis p̄fessionē extollūt: nos tm̄ tria dūtaxat explicabim⁹.

¶ Primū est etas.
¶ Scdm causalitas.
¶ Tertiū charitas.

¶ Primū quo extollit̄ p̄fessio assumpte religionis a beato antonio ꝺr etas. Non em̄ expectauit senectā: non iuuenilib⁹ annis p̄us voluit obtempare: sed vbi sextūdecimū attigit annū spretis mundi ⁊ carnis illecebris ad quoddaz cenobium ordinis sancti augustini vlixbone ciuitatis de q̄ ipe oriūdus erat vicinū se cōtulit. Ibiqꝫ deuot⁹ habitū religionis assumpsit: vbi bēnio exacto: amicoꝝ carnaliū frequentia turbabať: ne vt cupiebat sedulo ꝓtemplationi vacaret: q̄re ad sancte crucis de colimbria cū superioris licētia aliud scz eiusdē ordinis monasteriū cōuolauit. Sed plericqꝫ cū hec dicim⁹: vel antonio ad iuuenilē quasi motū imputāt: q⁊ ad religionē se transtulit: vl̄ detrahūt viris religiosis q̄ inducere conanť laicos vt ⁊ ipi fiant religiosi: aut religionē damnāt: q̄ viros quādoqꝫ flagitiosos atqꝫ sceleſtos recipit. Ꝺro quib⁹ tria sūt de necessitate dubia declaranda.

¶ Primū vtrū circa religionis ingressuz sit habenda magna deliberatio.
¶ Scdm vtruz peccet ille qui hortať quoscunqꝫ ad religionis ingressum.
¶ Tertū vtrū peccatoꝝ sit denegandus re-

ligionis ingressus.

¶ Ad primū dubium rñdet Tho. scđa scđe. q. vlti. q diuturna deliberatio ⁊ multa ꝓsilia req runk in magnis dubijs. vt dicit Aristo. in. iij. ethicoꝝ. In his autē q̄ sūt certa ⁊ determinata nō requirīk ꝓsiliū. Circa aūt ingressū religiōis tria pñt ꝓsiderari. Primū est ipe ingressus religionis ꝑm se. Et sic ē certū q ē meli⁹ bonū ⁊ q̄ de b̄ dubitat quātū de se ē: derogat xp̄o q̄ hoc ꝓsiliū dedit. Secđo pōt ꝓsiderari religionis ingressus p cōparationē ad vires ei⁹ q̄ est ingressurus. Et sic nō est loc⁹ dubitatiōis: q; illi q̄ ingrediunk religionē: nō ꝓfidūt de ꝑprie virtute sua: sed diuina. ꝑm illud Esa. xl. ca. Qui sperant i dño mutabūt fortitudinē. Si tamē esset aliq̄d speciale impedimentū: puta infirmitas corpalis: vl onera debitoꝝ: vel aliq̄d hmōi requirīk deliberatio: ꝓsilium habendū est cū his q̄ ꝓdesse pñt nō impedire. Tertio pōt ꝓsiderari ingressus religionis q̄tum ad modū: ⁊ quā religionē q̄s ingredi debeat. Et in talibus haberi pōt ꝓsilium a viris timentibus deuz. Sed pene oēs q̄ sua sunt querūt nō que ihu xp̄i suam religionē omnibus p̄ferētes: ⁊ plerūq; qđ grauius est alijs derogantes non attēdentes ad quā quis vocetur a domio. Voluit q̄ppe ipe deus cuius sapientie non ē finis: ecclīaz religionū multiplicitate decorare: q̄ tamē oēs vni xp̄o famulantur: vnūq; iugū suaue illius trahūt Sicut ⁊ de eḡs discoloribus. Hiero. in ep̄la ad palmachiū scribit dicens. Discolores equi sed voluntate ꝓcures vnum aurige iugū trahūt. Nō est itaq; detrahendū alicui religioni quā approbauit ecclesia. Sed omnib⁹ honor est exhibendus: in q̄b⁹ diuerse cōstitutiones reperiunk: vt sic satisfiat diuersis inclinationib⁹ volentiū deo in religione seruire. ¶ Ad scām dubiū dicit Tho. vbi supra. Q; illi q̄ inducūt aliquos ad religionē: magno sunt premio digni. Nam scribīk Jaco. v. ca. Qui cōuerti fecerit peccatorē ab errore vie sue liberabit aiam eius a morte: ⁊ operit multitudinē peccatoꝝ. Ad hoc etiaz facit qđ dicīk di. xv. ca. tria sunt. Posset tamen cōtingere triplex inordinatio. Prima est si violēter aliquis aliquē ad religionē cōpelleret: vt em̄ scribīk. xx q. iij. ca. pēns clericus. Nullū bonuz nisi volūtarium. Et Hiero. ait de cōse. di. v. Quicquid necessitate fit cito soluīk qđ voluntate pseuerat Aduertant ad hoc parentes hi qui filias inuitas monasterijs recludūt quāto periculo illas exponūt. Cōsiderent ⁊ religionū plati q̄ moniales sic factas inuitas recipiūt: quid respōsuri eterno iudici q̄ neminē vult saluare inuitum Audiant autē oēs Aug⁹. qui lib. p̄mo cōfessionū ait. Nemo inuitus bene agit: etiaz si bonū est qđ agit. Secūda inordinatio ē. Si aliquis simoniace aliū ad religionē trahat pretio dato vel recepto. qđ ꝓhibetur. j. q. ij. ca. quam pio. Nota ꝓpterea q; lz p̄ro ingressu religionis siue monachoꝝ siue monialiū non liceat aliquid accipere vel exigere quasi p̄ciuz. Spōte tamē oblata nō interueniēte aliqua corrupta intentiōe licet recipere. sicut ꝓbatur. j. q. ij. ca. sicut cp̄m Tertia inordinatio est cum quis mēdacijs allicit quēpiam vt religionem ingrediak: puta q; religiōis asperitatē ⁊ temptationū bella vel negat vel tacet. Aut quia multos religiosos cum xp̄o loqui familiariter mētik ⁊ similia: que ⁊ si quandoq; vera inueniank: tamē de plerisq; falso cōfingunk. Illicitū est talibus fallacijs decipere iuuenes: vt sic mundū cōtemnāt: q; vt refert Aug⁹. xx. q. ij. ca. primū. Ad salutez sempiternā nullus ducēdus est opitulāte mendacio. ¶ Ad tertiū dubiū sanctus Tho. vbi supra respōdet q; ingressus religionis: nō solū ꝓgruit ⁊ expedit exercitatis in obseruātia p̄ceptoꝝ: vt ad maiorē pfectionē pueniant: sed etiā nō exercitatis ⁊ peccatoribꝰ. Nam ⁊ dñs Matthеuz publicanū q̄ nō erat exercitatus in p̄ceptorum obseruātia vocauit ad obseruantiā consiliorum. Ad hoc facit q; habeк. xxxiij. q. ij. ca. admonere. Vbi stephan⁹ papa ꝓsulit cuidaz vxoricide q; ingrediak monasteriū dicēs. Relinque hoc maximū peccati facinus: ingredere monasterium. Ad antoniū itaq; redeūdo dicimus q; ipe spūsancto instigante religionis statū elegit. Q; q̄dem lz ex euentu rei: q; de bono in meli⁹ semp pfecit deꝓhendere possumus id nihilominus manifestat eius ꝓditio anteq̄ a mundo discederet. Nat⁹ quippe ex venerabilib⁹ honestissimisq; parentib⁹: atq; ab eis in primo floze genitus iuuentutis: vocatusq; in sacro baptismate ferdinandus. tradius ab eis fuit educādus ⁊ lr̄is imbuēdus in ecclesia gloriose ꝟginis marie: in qua beati vincētij martyris corpus honorifice requiescit. Qua de re cū ipe sic a teneris annis bonis moribus fuisset instructus non nisi vera prudentia comitante in religione deo seruire disposuit. ¶ Secūdū quo extollīk ꝓfessio assumpte religionis a beato antonio dicīk causalitas Causa quippe finalis ꝓpter quam religiosus effectus est: spretis quibuslibet tēporalib⁹ bonis fuit vite religiose perfectio: ꝺ qua pfectiōe tria declaranda se ingerunt.

¶ Primū in quo ꝓsistit pfectio religionis.

¶ Secām quō in tribus votis integraк ⁊ perficitur status religionis.

¶ Tertiū cur inter tria vota p̄ncipali⁹ ē ⁊ essentialius ipa obedientia.

¶ Ad p̄mum rñdere possum⁹ q; pfectuz ꝺr cui

nihil deest: vt vult Aristo. iij. phisi. ⁊. v. metaphisi. Et cõmentator ibidem cõmento. xxj. Et Tho. ꝑma ꝑte. q. iij. Cõsistit ḡ ꝓfectio hois in adoptiõe charitat. Jux illõ ad Colocẽses. iij. ca. Sup oia charitatẽ habete q̃ est vinculũ ꝓfectionis. Amor eñ hz ꝟtutem trãsformatiuã et vnitiuã diligẽtẽ i dilectũ ꝑ itellectũ ⁊ affectum. Et in hũ ꝓficit creatura q̃ vniat ꝑ affectũ cũ creatore cui nihil boni deest. Et aũt triplex perfectio ꝟm Tho. scda scde. q. clxxxiij. arti. ij. ꝓma absoluta q̃ nõ solũ attẽdit ꝟm totalitatez ex ꝑte diligẽtis. ꝟ etiã ex ꝑte diligibilis: vt. ſ. diligat de⁹ q̃tũ ẽ diligibilis. ⁊ talis ꝓfectio nõ est possibilis alicui creature ꝟ soli deo ꝙuenit. Secũda ꝓfectio ẽ absoluta ꝟm totalitatẽ absolutã ex ꝑte diligẽtis ꝑt. ſ. affectio ꝟm totũ suũ posse semp actualit ferat in deũ: ⁊ talis ꝓfectio nõ ẽ possibilis i via cũ hõ ⁊ dormiat ⁊ aliꝯ in q̃b⁹ occupet mẽtis actu nõ ferꝯ in deũ. Et ista ẽ ꝓfectio patrie. Et ꝟ hac ꝟz de pe. di. ij. charitas. ꝓfecta charitas i hac vita haberi nõ ꝑt. Tertia aũt ẽ ꝓfectio que neq̃ attẽdit ꝟm totalitatẽ ex ꝑte diligibilis neq̃ ꝟm totalitatẽ ex ꝑte diligẽtis: vt scz sp actu ferat i deũ. Sed q̃tũ ad hũ q̃ excludãt ea q̃ motui dilectiõis i deũ repugnãt ⁊ hũ põt haberi i pñti vita. Et hũ duplicit. Uno mõ inq̃tũ ab effectu hois excludit oẽ illud qđ charitati cõtrariat: sicut ẽ pctũ mortale. vt scz nihil cogitet vl velit deliberare qđ sit diuine dilectioni ꝙtrariũ: ⁊ sine tali ꝓfectiõe charitas eẽ nõ põt. Alio mõ vt hõ studiũ suuz deputet ad vacãdũ deo ⁊ rebus diuinis: ꝑtermissis aliꝯ: excludẽdo oẽm affectũ extraneũ nisi q̃tũ necessitas vite pñtis req̃rit. Et ad istũ ordinat religio vt ad finẽ. Uñ stat⁹ religionis est q̃dã disciplina ⁊ exercitiũ ꝓueniendi ad ꝓfectonẽ ¶ Secũdũ qđ erat declarãdũ quõ in trib⁹ votis integrat ⁊ ꝓficit stat⁹ religionis. Et ad hũ respondemus ꝟm Tho. scda scde. q. clxxxvj. arti. vij. q̃ stat⁹ religionis ꝑt triplicit ꝙsiderari. Uno mõ ꝟm qđ ẽ quoddã exercitiũ tendẽdi in ꝓfectiõez charitat. Alio mõ ꝟm qđ quietat humanũ animũ ab exterioꝝ sollicitudinibus. Tertio mõ ꝟm qđ ẽ quoddã holocaustũ ꝑ quod aliꝯ se ⁊ sua offert deo. Et ꝟm hũ in trib⁹ vocis integrat stat⁹ religiõis. ꝓmo qđẽ q̃tum ad exercitiũ ꝓfectiõis requirit q̃ aliꝯ a se remoueat illa ꝑ q̃ posset impediri ne totaliter affect⁹ eius tẽdat i deũ in q̃ ꝙsistit ꝓfectio charitatis. Hmõi aũt sũt tria. ꝓmũ est cupiditas exterioꝝ bonoꝝ q̃ tollit ꝑ votũ pauꝑtatis. Scõm ẽ cõcupiscentia sensibiliũ delectationũ inter q̃s ꝑcellũt delectationes veneree q̃ tollit ꝑ votũ ꝙtinẽtie Tertiũ ẽ inordinatio volũtatis humane q̃ excluditur ꝑ votũ obedientie. Similiter sollicitudinis secularis inq̃etudo ꝑcipue ingerit hominꝝ circa tria. ꝓmo circa dispẽsationẽ exterioꝝ reꝝ que amputat ꝑ votum pauꝑtatis. Scõ circa gubernationẽ vxoris ⁊ filioꝝ que tollit ꝑ castitatem. Tertio ꝑ dispositionez ꝓpriorꝝ actuũ q̃ tollit ꝑ obediẽtiã. Similiter holocaustũ ꝟz cũ aliꝯ totum qđ hz deo offert. Habet aũt hõ triplex bonũ. ꝓmũ ẽ rerũ exterioꝝ q̃s totaliter offert deo ꝑ pauꝑtatẽ Scõm bonuz ꝓpriũ corporis qđ offert deo ꝑcipue ꝑ votũ castitatis: q̃ abrenunciat maximis delectationibus carnis. Tertiũ est bonũ aie: qđ totaliter offert deo per votũ obedientie: ꝑ qđ hõ offert deo ꝓpriã voluntatẽ ꝑ quã hõ vtit oib⁹ potẽtijs ⁊ habitib⁹ aie. Qẽs aũt alie obseruãtie religionũ ordinãtur ad ꝓdicta tria vota. nã labor manuũ ⁊ mẽdicitas ad pauꝑtatez vigilie ieiuniũ ⁊ disciplina ad castitatẽ. Alia exercitia vt lectio: oratio visitatio infirmoꝝ: ⁊ hmõi ad obedientiã. Determinatio aũt habit⁹ ꝓtinet ad oia tria ꝓdicta tanq̃ signũ obligationis. Interiores autẽ act⁹ ꝟtutis: vt hũilitas patiẽtia ⁊ hmõi: nõ cadunt sub voto religionis: q⁹ oiuz ꝟtutũ mater ẽ charitas ad quã ordinet status religionis vt ad finem. Ad tertiũ qđ erat declaranduz. respondet Tho. scda scde. q. clxxxv. arti. viij. Qꝫ inẽ tria vota ꝓncipali⁹ ⁊ essentialius religioni ẽ obediẽtia. Et hũ triplici rõne. ꝓmo q⁹ q̃d ꝑ eã mai⁹ deo offert q̃ ꝑ alia. ſ. ꝓpria volũtas. Scõ q⁹ votũ obediẽtie ꝙtinet sub se alia vota: ꝟ nõ ecõuerso. Tertio q⁹ votũ obediẽtie ꝓprie se extendit ad actus ꝓprios ꝓpinquos fini religionis quãto aũt aliq̃d est ꝓpinqui⁹ fini tanto melius Notãdũ tñ hũ loco q̃ multa sũt in q̃bus religiosi nõ tenenꝯ obedire ꝑlato ꝓmo si ꝑlatus ꝑciperet ꝫ dei mãdata: vt crimen occultũ reuelari sibi: nõ ꝟuato ordine fraterne correctionis. vel ꝓter mãdata: vt mendaciuum officiosũ Non eñ debet hmõi ꝑceptis parere. vt ptz. xj. q. iij. ca. si dñs. Scõ si ꝙtra ordinationes eccĺie: vt nõ ieiunet die statuta ab eccĺia ⁊ sĺia ꝓhibetur. xj. q. iij. ca. si q̃s eꝑs. Tertio si ꝙtra ordinationes sue regule vel ꝙstitutionũ. Quarto si ꝑcipit ea ad q̃ nõ se extendit ꝑlature auctoritas: vt si ꝑciperet peccata ꝙfessa iteꝝ ꝙfiteri sine causa: ⁊ sĺia. Quinto si ꝑcipet qđ habet spẽm mali vt q⁹ nudaret se corã hoib⁹: q⁹ obediẽtia intelligit in licitis ⁊ honestis: vt ꝓbat. xj. q. iij. non est. Sexto si ꝑcipet vt subdit⁹ respiceret aues volãtes ꝑ aera: ꝫ aliqui dicãt q⁹ etiã in his laudabilius sit obedire: sicut dixim⁹ in ꝟmone de sancto Matthẽo. ¶ Tertiũ quo ꝙstitit ꝓfessio assumpte religionis a beato antonio ꝟz charitas. Tãto nanq̃ feruoꝝ charitatis succẽsus fuit q⁹ nõ ob aliã causã: nisi vt martyriũ patẽt

¶ Prima gratia siue prerogatiua katherine q̄ sublimata ē a deo ō⁹ mentalis illustratio. Illustrauit de⁹ illi⁹ itellectū luce sapiētie ⁊ doctrine ita vt ō ipa Pius pōtifex vbi supra ita referat Nemo ad eam accessit qui nō doctior melioriq; abierit. Doctrina ei⁹ infusa nō acq̄sita fuit: prius magistra visa ē q̄ discipula. Quippe q̄ sacrarū l̄rar̄ pfessorib⁹ ipisq; magnaz ecclīaz epis difficillimas ō diuinitate q̄stiones pponētib⁹ prudētissime respōdit ⁊ adeo satisfecit: vt tanq̄ agnos mansuefactos remiserit. Quos tanq̄ lupos: ac leones ferociētes acceperat. Quoz nō nulli diuinā in ꝟgine sapiētiā admirati. Distributis mox inter xpi pauperes q̄ possidebāt substantijs accepta dñi cruce vitā deinde euangelicam egerūt. ¶ Scda gra fuit pphetica infusio Et de hac Pius papa inq̄t. Fuit in ea spūs pphetie ⁊ multa p̄dixit anteq; fierent ⁊ occultissima reuelauit. hec ille. In legēda ꝟo ipius multa scripta sūt ex q̄bus aliqua enarremus. Fuit in ciuitate senensi: q̄dam nobilis miles dictus dñs Nicola⁹ de sarracenis q̄ cū al's in multis locis fuisset in armis: ⁊ tandē ad suā ciuitatē Senarū redijsset a sua vxore monebat vt loqueretur cū katherina. Qđ cū ille facere ꝓtemptasset vxor katherine illū vt p eo oraret deuotissime cōmēdauit Quadā itaq; nocte katheria militi in somnis apparuit: eumq; monuit: vt si saluari cuperet vxoris monitis assentiret. Qui euigilans visionē vxori retulit: ⁊ inde ad katherinā se ꝓtulit: cui⁹ colloquio ⁊ sancta p̄sentia cōpunctus fm ꝟginis ꝓsiliū ad ꝓfitendū sua peccata

ꝓcessit Quo facto ad katherinā redijt asserens se cōfessū sua peccata sacerdoti. Interrogatus ab ea an oīa retulisset: cum ille affirmaret ꝙ sic: vocato ad partē peccatū quoddam enorme ab eo dimissū in cōfessione: qđ in apulia secrete cōmiserat distincte narrauit. Qđ ille admirans ⁊ peccatū illud ꝓfessus fuit ⁊ katherinā deuotione singularissima coluit. Cū frater thomas de fonte ꝑmus katherine cōfessor ⁊ frater georgij pergerent ad monasteriū sancte agnetis de mōte poltiano: in itinere capti fuerint a q̄busdā latrūculis: deductiq; fuerunt ad latebrosa nemoro vt ibi occiderent. Tūc frater thomas cū lachrymis dicē cepit. O filia katherina tuis orationib⁹ succurre nobis in hāc tā crudeli periculo Quib⁹ ꝝbis ꝓlatis latrūculi taliter sūt imutati: ꝙ nō modo vitā ⁊ cūcta q̄ illis abstulerāt restituerūt: ⁊ ita ad monasteriū quo ibant incolumes ꝓcesserūt. Cū aūt postmodum Senas redijssent cōperūt ꝑdict⁹ frater thomas: ꝙ in illo pūcto in q̄ inuocauerat katherinā: ipa socie dixit: pater me⁹ me vocat: ⁊ scio ꝙ magna necessitas cū vrget: ⁊ hāc dicēs ad locū orationis accessit. Ex cui⁹ ꝝtute credit latrūculoꝝ illoꝝ fuisse mentē mutataz. ꝓdixit futuꝝ scisma post mortē gregorij vndecimi: ⁊ alia plurima ꝑnunciauit: q̄ videre poteris i legēda. ¶ Tertia gratia q̄ katherina sublimata fuit ꝺr ꝓsolabilis visio. Supnaturalib⁹ quipe visionib⁹ a dño meruit ꝓsolari: q̄ vt in plurib⁹ sibi fiebāt: in raptu ⁊ extasi mētis: de quo sic refert ꝓdius. Rapiebaſ sepe a spū ⁊ in aere suspēsa: diuinis ꝓtēplationib⁹ pascebaſ: adeo extra se acta vt expūcta ꝓcussaq; nihil omnino sentiret. hec ille. Obmissis ꝝo multis vsionib⁹ ei⁹: eā vnaz referā: ꝑ q̄ inter minores ⁊ ꝑdicatores ꝓtentio videſ exorta. Cū katherina eēt in ciuitate pisana: ⁊ q̄daz mane in eccl̄ia sācte christine cōicasset: ac iuxta altare rapta maneret in spū: postq; diu sic stetera: vidit xp̄m cruci affixū magno sup se cuz lumine descendentē: radiosq; sanguineos ex suis q̄nq; sacratissimis cicatrib⁹ eminentem. Cūq; tūc videntib⁹ plurib⁹ vtriusq; sexus ipam expectantib⁹: ꝝgo se erigeret: ⁊ sup genua sua stans facie rutilāte brachia eleuasset ac man⁹: oraret q; ne cicatrices in corpe suo apparerēt exterius tūc ex radijs sanguinib⁹ in solarib⁹ imutatis a cicatricib⁹ crucifixi ꝓcedentib⁹ ⁊ ad manus pedes ⁊ ad cor illi⁹ ꝓuenientib⁹ valde intrinsecus dolor sensibilis in dictis ꝓtibus corpis est relictus. Ex q̄ cū corpus ei⁹ diu sic staret rigidum ⁊ oculis clausis tandē cecidit ac si fuisset letaliter vulneratū. ꝓdost modicū ad se reducta tanta dolore ꝓcutiebaſ: vt a cūctis putaret in breui morītura. Dominica ꝝo sequēti ibi cōmunicans a dolore extitit liberata. Ex visione ꝓtecta in plerisq; locis nōnulli sanctā katherinam suscipientē stigmata a xp̄o depingi fecerunt: q̄ si ea intentiōe id egerint: vt ꝙ visibilia inuisibilia cognoscāt: ⁊ ꝙ picturā illā visibilē dolor ei⁹ inuisibilis lz sensibilis designet: forte nō obstāte errore inde sequente: q̄ credi posset stigmata eā visibilia suscepisse tolerari vtiq; possent Sz si hec facta sūt: vt sic equipareſ beato francisco cui soli vsq; in ꝑsens singulari mō stigmata diuinit⁹ sūt impressa vtiq; reꝓbēsibile est. Nā vt dixi in ꝑmone de sacris stigmatib⁹ beati francisci. Inter miracula grādia nre fidei fūdāmenta cōsignatio suprema obtinet gradū. Fuerūt q̄pe stigmata ⁊ visibiliter ⁊ sensibiliter a xp̄o sibi ipressa. Tulit illa duob⁹ annis cōtinuis: ⁊ in vita ⁊ in morte etiaz a viris sanctis ⁊ grauissimis visa ⁊ tacta. Sūmi pōtifices Gregoriꝰ nonus. Alexāder q̄rtus. Benedictꝰ. Nicolaus: et alij illa approbātes fatenſ singuli miraculo in frācisci pedib⁹ manibus ⁊ latere fuisse depicta: ab eo artifice sapiētissimo q̄ creauit celum et terram. Quid ꝝo de cetero sit facturus cui⁹ archana: nisi ipo reuelante pscrutari nequim⁹ ipe nouit Unū scio ⁊ q̄dem absq; vllo errore: ꝙ frāciscus vsq; ad ꝑsens electus fuit a dño iesu xp̄o vt in corpore ꝓprio vexillū crucis biēnio anteq; spiritū redderet celo deferret. Non derogēt ista dignitati beate katherine: nec alterius sācti. Ego peccator q̄ hunc ꝑmonē cōfeci sanctā ipam devotione q̄ possum ⁊ colo ⁊ veneror. Eramq; rome Anno dñi. M.cccc.lxj. Anno tertio ꝑdij pōtificis maximi. Quādo pontifex p̄fatus spū sancto volente sanctā katherinā solenni celebritate canonizauit. Nulla tunc a referentib⁹ ⁊ vita ⁊ miracula katherine de stigmatib⁹ facta est mētio. Nulla pictura cū stigmatib⁹ fuit delata Nulla insup in bulla quam superius frequēter allegauim⁹ de stigmatib⁹ mētio habita ē. Ego insup ea die canonizationis sermonē ad populū habui: post prandiū in ecclesia minerue ordinis p̄dicatoꝝ. Inspexi legi ⁊ q̄dem sepi⁹ oīa que scripta crāt de laudibus huius sancte: nil aliud inuenire potui: nisi qđ superi⁹ expressum est ō illo dolore quē tulit absq; signis in suo extacito raptu. Et si noīe stigmatū dolorem illuz intelligi volum⁹: non tamē in illo ꝓtunc ſ ⁊ includunt cōditiones miraculose stigmatū beati frācisci. Igit cuz de⁹ nō egeat nostro mēdacio: ea ꝓferam⁹ de sanctis q̄ fm rei veritatē nō inuētionem hoiuz illis possūt accōmodari. Fuit katherina. vt pateat ex dictis: ⁊ ex his q̄ sequētur amplissimis ꝓuilegijs ⁊ gratijs decorata. Sed stigmatū specie non fuit vt frāciscus insignita: Que si ad nos gloriosa rediret: dura increpati

one feriret illos q̄ sub specie pietatis mēdacijs vellent suā gl̄iam ampliare. Ora tñ p̄es meos p̄dicatores ⁊ minores ne populos scādalizent. Quibus tam multa mira de sanctis se offerūt ⁊ p̄cipue de katherina vt mēdacia: ⁊ ppter se ipsa ⁊ ppter veritatis abundantiā deserere ⁊ detestari coganť. ¶ Quarta gratia beate katherine ōr suauis cibatio: vsu nanq̄ ⁊ frequentia sacramenti tāta suauitate consolationeq̄ spūs repleta fuit vt asserat sic de illa ℘ius vbi supra. Inuēta'est aliquādo a die cinerū vsq̄ in pēthecosten ieiuniū ꝓduxisse: sola eucharistie cōmunione cōtenta per annos circiter octo minimo herbarū succore eoq̄ parū retento ⁊ cōmunione sacra sustentata est. Ad cibum quasi ad supplicium pergebat. Ad cōmunionē altaris: quasi ad celestes nuptias inuitata esset sūma cum alacritate ꝓficiscebať. hec ille. Tam efficax erat eius ad sacramētū illud ineffabile reuerētia: vt mēs Gregorij. xj. flecteret ad cōcedendū katherine q̄ posset eligere cōfessorem: qui eam absolueret ⁊ sibi eucharistiā ministraret: ⁊ cū altari viatico absq̄ alia licētia ad nutū katherine celebraret. ¶ Quinta gratia ⁊ p̄rogatiua singularis beate katherine fuit miraculosa corruscatio. Fecit illam deus in vita ⁊ morte multis clarere miraculis. Ex q̄bus aliqua explicabimus. In ciuitate Senarū q̄dam nobilis domina Alexia habitum ordinis de penitētia suasu katherine recepit: que illā coegit vt secū in domo sua cōmoraretur. Contigit autē ex charistia tunc illos ō domo p̄fate domine Alexie vesci panibus farine putride. Supueniēte tritico nouo consuluit alexia katherinaz: an certum residuū p̄fate farine p̄ȷciendū foret. Que nequaq̄ p̄ȷciendū asseruit: sed parari aquā iussit ⁊ farinā afferri. Intriuit ergo primo massam: et tandem panes de parua quātitate illi⁹ farine quouis etiaz expulso fetore tam celeriter ⁊ tot confecit: quot de q̄druplici aut quintuplici quātitate fere tot facti fuissent: cum stupore sororis Alexie ⁊ aliorum de domo. Cum aūt panes de clibano deportati fuissent. inuenti sunt adeo sapidissimi: vt omnino imutatio saporis ad miraculum pcederet. Et cum darctur de ip̄is panibus pauperib⁹ et fratrib⁹ atq̄ illos cōmederēt: omnib⁹ de domo suffecerunt diebus plurib⁹: etiam in archa multiplicati. De q̄bus aliqui a q̄pluribus sunt tā p reliquijs q̄ in argumentū miraculi reseruati Tempore etiā quo katherina fuit i vrbe: ⁊ ibi in regione colūne cum sua familia viueret ō mēdicitate ⁊ nihilomin⁹ aduenientes hospites recipiebat: ita vt cōtinuo quasi triginta p̄sone i domo sua comederēt Contigit semel q̄ die quodā deficiēte pane q̄ cū katherine fuisset renunciatū mādauit vt sic ad mēsaz se ponerent ⁊ modico pane q̄ ibi reperiebať inciperēt comestionē. Ipa vero ad orationem accessit. Quid plura? Edētib⁹ illis famelicis ⁊ ieiunis: panis ille modicus suffecit omnib⁹ abūdanter. Tātūq̄ etiā supfuit: vt ex illo plures elemosyne paupibus largirenť. Cū esset in ciuitate senarū: audiens quēdā domnū mattheū rectorē hospitalis misericordie sibi deuotissimū ex morbo pestilenti grauiter egrotare: accessit ad eū dixitq̄ cuz magno feruore¡Surgatis domie matthee surgat¡: q̄ nō est tempus in lecto quiescēdi¡: mox ad ei⁹ vocem febris ⁊ inguinis apostema p̄fatū pestiferum dimiserūt. Sanauit ⁊ multos alios pestiferos p cussos sua oratiōe fideli. Sicut fuerūt magister raymūdus ⁊ magister bartholome⁹ katherine cōfessores. Et ne singula cōplectamur: ita ō ipsa loquitur ℘ius. Magnū ⁊ sanctū erat i plebibus katherine nomen: vndiq̄ ad eā egroti et maligni vexati spiritibus deducebanť. Et multi curabanť languorib⁹ ⁊ febrib⁹ In xp̄i nomine iperabat ⁊ demones cogebat ab obsessis abire corporib⁹. ℘ropter quas res duob⁹ romanis pōtificib⁹ Gregorio. xj. ⁊ Urbano. vj. acceptissima fuit adeo vt legationib⁹ eorū fungeretur: multisq̄ ⁊ magnis spiritualibus gratijs ab eis donareť. hec ibi. Ubi adhuc interserit quedaz que nō nisi ꝓtute dei cooperāte p katherinam fieri potuissent. Ait eñ Bissidētes sūmo studio cōponebat: mlta extixit odia: ⁊ mortales inimicitias: p pace florētinoq̄ q̄ cum ecclesia dissidāt ⁊ interdicto supositi erāt ecclesiastico. Appenninū ⁊ alpes trāsire atq̄ vsq̄ in auinionem ad Gregoriū vndecimū p̄ficisci non dubitauit cū votū suū ipe Grego. de petēda vrbe roma i occulto factum: ⁊ soli sibi ac deo notū sese diuinitus cognouisse mōstrauit. ¶ Sexta gratia q̄ deus katherinaz sublimauit: dicit felix reuelatio Cū eñ i vrbe romana ipa post multa signorū experimēta erhortationes spūales aliaq̄ exercitia religiosa morientiū dñica die circa horā tertiam die. xxix. aplis. M. cccl xxx. migrasset ad patrē. Eadem die magister raymūdus vltimus eius ꝓfessor in ꝓuētu Januensi erat dispositione pisas deinde bononiā ad capitulū generale pgere: dep̄cabaturq̄ xp̄i matrē corazq̄ quadam imagine vt eū ptegeret a periculis Audiit quandā vocē audiuit dicentē sibi. Ne timeas q̄ ego sū hic p te: ego sum in celo p te. Ego te ptegā sis securus. Et hesitans p tunc vñ vox pdiret: tādez inuenit qualiter eadē hora katherina migrauerat: quenit tādē p̄fatus magister bononiaz vbi magister generalis canonice fuit electus: qō iam sibi Katherina indubitāter p̄dixerat: vt autez sequit ℘ius in bulla. Tactu

corporis eius post illius felicē transitū plerīq egroti salutem cōsecuti sunt adeo vt nōnullis saluti fuerit: ea tetigisse que sacrata katherine mēbra tetigere. ¶Postea vero ihesus ipa iam celo recepta vota supplicantiū benigne audiuit: et vt a sponso et domino suo xpo saluatore exaudirēt curauit. ¶Multi em ex diuersis egritudinib⁹ curati sunt: qui audita beate katherine glorioſiſſima fama eius patrocinīū suplices petiuere. Ille. ¶Placuit itaq; benigniſſimo deo sponse sue gloriam inumeris vt sic dicā vsq; in pſentē diē miraculis manifestare. ¶Septima katherine gratia et progatiua singularis est dicta solēnis canonizatio. Rome siq̄dez in basilica beati petri apostolorū pncipalis astāte populo et clero habitoq; sermone ab ipo pio pōtifice de vita et miraculis eius missarū solēnijs celebratis et cōsuetis cerimonijs rite peractis ad canonizationem sancte pcessit: sub his verbis. Ad honorē omnipotētis et eterni dei patris et filij et spūssancti: ad exaltationez fidei catholice et christiane religionis augmētū: auctoritate domini nostri ihu xpi et beatoz petri et pauli apostoloz eius ac nostra. Katherinā Senēsem illustris et indelibilis memorie vginem: cuius corpus i eccl̄ia pdicatorum que de minerua dicit hic rome iacet in celesti hierusalē inter beatorum virginum choros: quādo id sua virtus diuina suffragante gratia meruit: iam pridem fuisse receptā: et eterne glorie coronā donatā de fratrū nostrorū consilio declaramus eamq; tāq; sanctā publice priuatimq; colēdaz esse decernimus et diffinimus atq; in sanctarū catha lago vginū: quas romana venerat ecclesia religi et assc̄ribi mādamus. Statuētes festum eius singulis annis: prima mensis madij dominica die ab vniuersali ecclesia celebrandū esse. Sicq; deus in sanctis suis admirabilis katherinaz in vtraq; ecclesia triūphante. s. ac militāte sublimiter exaltauit. Quē depcemur: vt illius meritis interuenientib⁹: dignetur et nos ascribere beate vite. Qui sit benedictus in secula seculoz. Amen.

Sermo de sancto bernardino pdicatorū nostri temporis pncipe.

Dilect⁹ deo et hominibus: cuius memoria in benedictione est. Sapientis verba sūt ista originaliter Ecc̄i. xlv. ca. Et i epistola hodierne festiuitatis. Vellem hoc tēpore tāte eloquētie splendore fulgere vt non solum alterum demosthenem pncipem oratorum grecie: aut Ciceronem latinū me putarēt oēs astantes: sed angelum crederent de celo missum vt fari possem eximias laudes illius sāct̄i bernardini qui sua pdicatione nomē glorioſuz ihu xpi mirabiliter exaltauit. Ipe quippe alter paulus et vas electionis xpianam religionez sua doctrina reformauit. Ipe italie populos q abrupta vitiorū deuiantes ad semitā virtutum et iusticie reduxit. Ipe denicq; religionē sacram minorū numero et sanctitate adauxit. Merito itaq; in eius solēnitate pconia pdicationis eius enarrare debemus Ob illā nanq; deo et hominibus dilectus est et memoria eius benedicta i sempiternū manebit De qua in presenti sermone tres excellētias ponimus declarandas.

¶Prima dicit cōmendationis.

¶Scōa conditionis.

¶Tertia honorationis.

Qz cōmendat pdicatio sāct̄i bernardini ppter humilitatem: charitatem: et patientiam. Capl'm. i.

Prima excellentia pdicatiōis sāct̄i bernardini oz cōmēdatiōis Sua q̄pe pdicatio satis est cōmēdanda. Et maxime ppter tria.

¶Primo ppter humilitatē.

¶Scōo ppter charitatem.

¶Tertio ppter patientiā.

¶Primo cōmendat pdicatio sancti bernardini ppter humilitatē. Non em pdicauit presumptuose aut supbe se ingerens sed missus. Officium nanq; pdicatorum officium est angelorum: quia sicut angeli annūciant diuina: ita et pdicatores de q̄bus Dauid in ps̄ ait. Annūciauerūt opera dei. Angeli autē non ex se veniūt: sed vt dicit apostol⁹ ad Heb̄. j. ca. In ministeriū missi sūt. Sic et pdicatores. Quomodo pdicabūt ait apostol⁹ ad Roma. x. Nisi mittant. Qui aūt Esaias non vocatus se obtulit ad pdicandum cū dixit. Ecce ego: mitte me. Esa. vj. ca. Et cōtra cum Hieremias mitteret a deo se excusauit dicēs. A a a dñe deus. Ecce nescio loqui. Hieremie. j. ca. Et si diuersa vox extra pdijt: non tamen a diuerso fonte dilectiōis emanauit. Duo quippe sunt pcepta charitatis vt ait Gregor⁹. Amor scilicet dei et primi. Per actiuā vitaz p desse primis cupiēs Esaias officiū pdicatiōis apetijt. Per cōtemplationē vo Hieremias sedule amori cōditoris inherere desiderās ne mitti ad pdicandū debeat cōtradicit. Vō laudabiliter vnus apetijt: hoc laudabiliter alter expauit. Iste ne tacite cōtemplatiōis lucrū loquendo perderet. Ille ne damna studiosi operis tacendo sentiret. Sed hoc in vtriscq; ē subtiliter intuendum quia et is q̄ recusauit plene nō resistit

ris qui mitti voluit ante se per altaris calculū purgatuz vidit. Et paulo supra Gregoriꝰ dicit Sicut toto desiderio occupationē fugere debemus: ita si desit q̄ predicet occupationis onus libenti necesse est animo subire. Hec oīa. viij. q.j.ca. In scripturis. Et quia difficile est ꝛ ea ꝛ videre se purgatū. Quia nemo scit vtruz odio vel amore dignꝰ sit vt dicit Eccs.ix.ca. Ideo nullus debet pſumere ex se ire ad predicanduz Sed expectare debet vt mittatur vel a deo vel ab ecclesia. vnde de Johanne baptista dicitur Johis.j.ca. Fuit homo missus a deo. Non tamen creditur alicui dicenti se missum a deo qui ab eccl̄a non ē missus nisi ꝓbet per miraculum sicut Moyses: extra de hereticis.ca. Cū ex iuncto. Et argumētū de cōse.di.ij.ca. Reuera Sic fuit missus Equiciꝰ cui apparuit in somnis angelus ꝛ eum ad p̄dicanduz misit. xxj.q.j.§. Hoc idem. Ab ecclesia autem mittitur quis vl ordinarie vt quilibet curatꝰ saltem quo ad subditos. Ad rectores enim ecclesie maxime pertinet predicare per se vel per alium subditis suis vnde primis rectoribus dixit christus. Marci vltl.ca. Euntes in mundū vniuersū predicate euangeliū omni creature. Et Gregoriꝰ dicit i pastorali. xliij. di.ca. Si rector Officium predicationis suscipit q̄squis ad sacerdotiuz accedit vt ante aduentum iudicis qui terribiliter sequitur ipe scilicet clamādo gradiatur. id est. p̄dicādo. Et loquitur Gregoriꝰ de curatis. Qui etiā figuraz inducit. Exodi. xxviij.ca. vbi dicitur: q̄ sacerdos ingrediens tabernaculum tintinnabulis ambiatur vt audiatur sonitus quando i greditur ꝛ nō moriatur. Quia vt exponit Gregorius dicto ca. Si rector. Irā contra se occulti iudicis exigit si sine p̄dicationis sonitu incedit Et sic moritur spiritualiter Unde inq̄t dñs Ezechieli ꝓphete. xviij.c. Fili hominis speculatorem dedi te domui israel. Si dicente me ad impiū morte morieris tu nō annūciaueris ipse i iniquitate sua morietur. Sanguinē vero eius de manu tua requiram. Confirmat idez Nicolaus papa. xliij. di. Dispensatio inquit celestis seminis nobis iniūcta est. ve si non sparserimꝰ: ve si tacuerimus. Uel ab ecclesia mittitur quis ad p̄dicandum ex priuilegio vt predicatores ꝛ mínores: Augustinēses carmelite: ꝛ fuite saltē in ecclesijs suis. In alijs ecclesijs non nisi vocati. Et hi etiam debent mitti a prelatis suis. De quibus fit mentio in clemētina: dudū: de sepulturis. Qui autem vocatus seu missus ad hoc pertinaciter recusat: ab ecclesia ꝛ deo contemnitur Quod figuratum fuit in eo qui nolebat ducere vxorem fratris mortui: ꝛ ꝓpterea discalciabat vno pede vt exponit Augusꝰ. viij.q.j.c. Olim

Hunc inquit euāgelij quisq̄ predicator ita debet in ecclesia predicare siue laborare vt defuncto fratri. id ē. christo suscitet sanctum q̄ pro nobis mortuus est. Et quod suscitatuz fuerit eius nomē accipiat. Ut igitur ad sanctum bernardinum cōuertamus sermonem. Ipe sicut experientia facti manifestauit a deo electus ꝛ a prelatis ordinis per obedientiam astrictus officium predicandi suscepit. Natus eñ in ciuitate massa prouincie thuscie ex honestissimis parentibꝰ patre videlicet tollo ꝛ matre niera nobilibus senensibus ante completuz septenniū vtroq̄ parente orbatus remansit sub cura ꝛ regimine cuiusdā venerabilis domie sororis matris eiꝰ cui nomē erat diana: que puerulū induxit ad ꝟginis glorioſe precipuā deuotionē. Et operā dedit vt litteris vacaret ac moribꝰ bonis. Creuit autem de virtute in ꝟtutez honestus affabilis ꝛ pauperibꝰ liberalissimus. tāta q̄ fuit in eo aptitudo ingenij ꝛ subtilitas itellectus q̄ ante cōpletū annum quintūdecimū in grāmatica logica ꝛ morali phia sat mediocriter fuit instructꝰ. Indeq̄ cepit lectionē iuris canonici frequētare. Erat q̄ vita eius ita munda vt omnibꝰ alijs cederet in exempluz. Nam vt retulit mihi quidam vir fidedignus cancellarius dominj senēsis nomine leonardus qui consocius eius fuerat in scholis in etate illa adolescentie ad maluz prona. Nullus audebat cozā bernardino ꝟbuz turpe aut lasciuū proferre. Quinimo si quādo q̄ alij adolescentuli ꝛ scholares absente bernardino aliqua inter se verba ociosa referrent si vidissent ex post bernardinū aduenientē mox alter alteri loquebatur. Taceamus inquit quia bernardinus venit. Quid plura. Anno etatis sue decimooctauo Duz pestis truculētissima seuiret quasi i tota italia. In hospitali magno senē si iacebat multitudo egrotantiuz ex peste ꝛ vix erat qui illis ministraret. Nam ꝛ famuli oīes pro maiori pte ꝛ aromatarij in illo hospitali cōmorantes ꝛ capellani ꝛ alij plurimi peste pculsi obierant. Erat illis temporibus rector hospitalis q̄dam vir deuotus ꝛ probus domin Johānes de gēnaronibꝰ qui videns sibi humanū deesse auxiliū ad ꝟginem pissimam se cōuertit illam deprecans vt tam extreme infirmoruz necessitati succurreret. O felix adolescētia bernardini. O ardētissima charitas cordis eiꝰ. O pietas omnibus posteris p̄dicanda Mox vt bernardinus audiuit que de infirmis patientibus dicebantur monuit cꝓplures iuuenes ꝛ vna cū illis ad hospitale se contulit. Nec timuit mori. Nec horruit pestē. Neq̄ labores refugit Dā sit ibi q̄ttuor mensibus die noctuq̄ ministrans egrotis ꝓpter deum. Exinde cum pestis cessas-

set repetijt domũ ⁊ quattuor mensib⁹ egrotans quasi semp in lectulo iacuit. Adepta vero bona valitudine sensit q̄ q̄dã domina bartholomea soror patris eius ceca ⁊ surda ⁊ in lectulo valitudinaria neminez habebat qui illam iuuaret. Vor ad illaz se contulit eiq̄ p plures menses vsq̄ ad mortẽ obsequiosissime ministrauit nulla fract⁹ nausea nulloq̄ labore turbat⁹. Vortua illa a deo inspiratus relicto seculo ⁊ omnib⁹ suis bonis paupibus erogatis habitũ religionis minorũ deuotus accepit in die natiuitatis ỽginis gloriose qua etiã die natus fuerat ex vtero matris Anno etatis sue. xx. ante altare mai⁹ sancti francisci de senis. Quẽ habitũ sibi dedit frater Jobes ristorij vir sanctus ⁊ in dei fuitio ꝓbatus. Inde ad locũ de colũbaria de voluntate ꝑlator se contulit vbi in oñi deuotione ⁊ perfectione ⁊ obseruãtia regule suũ nouiciatuz expleuit. Facta vero ꝓfessione in die scilicet natiuitat ỽginis oratioi ⁊ studio litteraz se dedit. Et cum factus esset sacerdos primã missam i die natiuitatis ỽginis celebrauit. Qua etiam die mãdato acccepto a generali ministro de penitentia ꝑdicanda: primũ sermonẽ ad populũ habuit. ¶ Secũdo cõmẽdatur ꝑdicatio sancti bernardini ꝓper charitatẽ ꝓdicauit em̃ ad honorẽ dei ⁊ salutẽ animaz. Iste em̃ debet esse finis ꝑdicatorũ verbi dei. Vaz qui propter cupiditatẽ predicant vel vanitatez ⁊ gloriã mundi figurãtur per balaam. De quibus dicit Petrus in .ij. epistola. Secuti sũt viã balaã ex bosor qui mercedem iniquitatis amauit: correptionem vero habuit sue vesanie: subiugale mutũ Super quibus verbis dicit Beda. ij. q. vij. ca: secuti. Q̄ multi catholicorũ intantũ amant mercedem iniquitatis vt etiam docti ab indoctis: clerici a laicis merito redarguant. Qui iure cõparantur prophete qui verbis asine contra naturam loquentis corripitur: nec tamen a ꝓposito primi operis retardatur. hec ille. Quis tamen ꝑdicatores non debeant ꝑdicare principaliter ꝓpter tẽporalia habẽda. Alias tãq̄ vẽditores boũ de tẽplo eiciuntur. Debet tamen populus subministrare eis necessaria iuxta illõ. j. ad Cor. ix. ca. Non alligabis os bouis triturãtis. vñ Hieronym⁹. xvj. q. j. ca. penultimo ait. Apostolicis viris ⁊ euãgelizãtib⁹ i necessarijs vsibus nolle tribuere seipm condemnare ẽ. Et Augustin⁹ in libro de baptismo paruulorz Nõ est venale euangeliũ vt ꝓ tẽporalib⁹ ꝑdicetur Qui em̃ sic vendunt magnã rem vili vendunt. Accipiant ergo ꝑdicatores sustentationẽ necessitatis a populo: mercedẽ dispensatiõis a deo. Non em̃ a populo redditur quasi merces illis q̄ sibi in charitate euangelij seruiunt: ꝑ tanq̄ stipendiũ datur quo vt possint laborare pascant. Hec ille. Et paulus. j. ad Cor. ix. ca. Quis militat suis stipendijs vnq̄. Et itez. Si nos vobis spũalia seminam⁹ non magnũ est si nos carnalia vestra metam⁹. Et iterũ. Bñs ordinauit his qui euangeliũ annũciant ɔ euangelio viuere. Dixi hec oia ꝓpter indiscretionẽ quorũdaz populorz qui vellent ꝑdicatores viuere ɔ aere vel vento. Nolo tñ excusare ꝑdicatores cupidos ⁊ auaros ambitiosos honorũ ⁊ dignitatũ Qui imitari debent sanctũ bernardinũ rerũ tẽporaliuz contemptorẽ. Nam ⁊ ter vocatus ad episcopalez dignitatẽ minime acquieuit. Diuitias non congregauit dicens cum paulo Actl. xx. ca. Argentũ aut aurũ aut vestẽ nullius vestrum concupiui. Et Iz in oñi vita sua ver⁹ fuerit pauptatis amator discipulusq̄ ⁊ filius beati francisci. Tamẽ illud est de ipo notabile iter cetera quod mediolani ostendit exemplũ charitatis necnõ ⁊ contẽptus pecunie. Dum em̃ ibi populo diebus plurib⁹ ꝑdicasset: illustrissim⁹ dux eiusdẽ vrbis philippus eidẽ per fidelẽ nuncium multã auri copiã in elemosynã misit. Nuncius itaq̄ auri pondere reuerẽter assumpto ad cõuentũ fratrum festinanter accessit. Et ꝓgens ad cellã sancti bernardini aurũ sibi ex parte domini ducis benigne ⁊ reuerẽtissime ꝑsentauit. Ipe ỽo vir dei hilari vultu gratulãtiq̄ animo predictũ aureũ munus ⁊ si in proprios vsus accipere recusaret: charitatis tamen zelo in redẽptionem captiuorũ ⁊ pauperũ vsus misericorditer exhibere decreuit. Accersito igit quodaz probo venerandoq̄ ciue socioq̄ vocato sũpta q̄ ab ipo ciue pecunia ad carceres clam ⁊ incũctanter accessit ⁊ q̄plurimos inde captiuos redemit reliquãq̄ ptez paupib⁹ cũ magna animi hilaritate distribuit. Sciẽs aũt illustrissim⁹ ille dux q̄ facta fuerãt sanctũ bernardinũ mirabiliter cõmẽdauit. ¶ Tertio cõmendat ꝑdicatio sancti bernardini ꝓpter patientiã. fuit em̃ patientissimus i laborib⁹ in infirmitatib⁹ ⁊ i ꝓsecutionibus. Et vt de persecutionib⁹ loquar: accusatus fuit tanq̄ heretic⁹ ab emulis q̄busdã martino q̄nto. Qui eũ ad se venire ꝑcepit. Ante vero q̄ se cõtulisset ad vrbẽ sonabant vndiq̄ falsi rumores ɔ sancto barnardino. Dicebãt em̃ populi: veniet veniet ille hereticꝰ. Alij cõburet ille hereticꝰ ⁊ similia. Dũ ỽo vrbẽ intrauit ostẽdebatur digito ⁊ vnus alteri cachinando dicebat. hicb ẽ ille Ipe ỽo hec omnia ꝓ dei amore equanimiter tolerabat. Et tandẽ veritate inspecta ⁊ cõperto clarissime q̄ non solũ catholic⁹ foret sed etiam fidei catholice dignissim⁹ preco a pontifice gratiose visus est ⁊ auditus ⁊ cuz ei⁹ benedictione predicare cepit in vrbe. Tantam

ꝯo gratiam deus ori eius ⁊ verbis infudit: vt omnis populus confluere ad eum audiendum ac si fuisset angelus dei ⁊ quāto prius nomē ei⁹ videbatur omnibus odiosum: tanto postea cūctis vtriusq; sexus factum est venerabile. ℙpe dicauit sic multo tēpore cum incredibili animarum fructu: qui etiam perdurat vsq; ad tempora nostra. ℙassus est ⁊ alias pſecutiões: eo q; semper virtutes persequitur inuidia. A nōnullis emulis dicebaꝯ litterarum ignarus cum tamen i scripturis diuinis foret eruditissim⁹. Alij ꝯo quadraginta sermones dūtaxat eum scire asseuerabāt. ℙlericq; vero curiosi ⁊ vana eloquētia tumidi ignauū ineptum ⁊ impolitum fatebātur. Qui tamen in hoc dicendi genere ⁊ in his que predicari debent pro salute populorum irreprehēsibilis erat. Sed hoc nō videri debet mirum q; sibi homines flagitiosi detraherēt: cuz semper fuerit hominū malorum consuetudo sanam doctrinaz spernere ⁊ detestari. Unde Lactantius libro. v. diuinarū institutionū de Cypriano sic refert. Unus precipuus ⁊ clarus extitit cyprianus: qui magnaz sibi gloriam ex artis oratorie pfessione quesierat ⁊ ad modū multa conscripsit in suo genere miranda Erat enim ingenio facili copioso suaui ⁊ que ꝑmonis maxima est virtus aperto: vt discernere nequeas vtrum ne ornatior in loquendo an facilior in explicando an potentior in persuadendo quisq; fuerit. Hic tamen placere vltra verba sacramētum ignorantib⁹ non potest: quoniam mystica sūt que locutus est ⁊ ad id preparata vt a solis fidelibus audiantur. Benicq; a doctis huius seculi quibus forte scripta eius inotuerunt deriderī solet. Audiui ego quendam hominē disertum sane qui euz imutata vna littera cyprianū vocaret quasi qui elegans ingenium ⁊ meliorib⁹ rebus aptuz ad aniles fabulas contulisset Hec ille. De beato hieronymo quid referemus qui lumen splendidissimū ecclesie fuit: ⁊ tamen dentes malignorum non euasit Et vt ipe ad nepotianum scribit ℙer infamiā ⁊ bonam famaz christi miles graditur. Nec laude extollit: nec vituperatione frāgitur. ℙer diem sol non vrit euz neq; luna per noctem. Impleuit ista sanct⁹ bernardinus: qui dum falso sibi multa obijcerētur: ⁊ quādoq; contumelioſe dicerentur in faciem: nunq; vultus hilaritatem mutauit: nunq; verbum protulit iracundie. Sz in omnibus benedicebat deum Sicut accepti ab his qui secū familiariter conuersati sunt.

De fufficientia ⁊ prudētia atq; stupēda efficacia predicationis fancti Bernardini. Capl'm. II.

Secunda excellētia predicatiōis sancti bernardini dicitur conditiōis. Habuit ꝗdem sua ꝑdicatio tres singulares conditiones.

¶ ℙrima dr sufficientia.
¶ Scda prudentia.
¶ Tertia efficatia.

¶ ℙrima conditio fuit sufficientia. Tria enim requiruntur in predicante: vt populum inducat ad bene beateq; viuendum: ſm Augustinū iiij. libro de doctrina christiana. ℙrimū est vt doceat. Secunduz vt delectet. Tertium vt flectat ⁊ moueat. Et cum quis ista facit industria artis rhetorice ad honorem dei ⁊ salutē animarum bene est et laudabile ſm eundem Augustinum. Sed cum spirituſſanctus vtitur lingua ꝑdicatoris vt instrumento ad ista efficiendum. ſicut fuit in apostolis qui imperiti erant. Tunc opus illud est gratia gratisdata: que dicit gratia sermonis ⁊ lingua angelorum. Et sermo sapientie dicitur in locutione de diuinis Sermo scientie de humanis: vt de moribus et vitijs et vtutib⁹: ⁊ huiusmodi. ſm Tho. xxij. q. clxxiij ℙerfectius autez ista operatur gratia q̄ natura vel ars. Sed aliquando aptitudine naturali in predicatore existēte ⁊ arte rhetorice adiūcta: aliquando etiam spirituſſanctus operatur plenius istud scilicet inductionem auditorum ad faciendum que predicat. Hominis ergo est se preparare scilicet vt bene dicat. Deum autē dirigere linguam. Et vt dicit Augustinus in ꝑfato libro de doctrina christiana. Sapientia ſine eloquentia parum profuit quo ad populos Eloquentia ſine sapientia multum nocuit. Est enim vt gladius in manu furiosi. Sapiētia cuz eloquentia multum iuuat ⁊ operatur. Sanct⁹ bernardinus ꝑdicādo docebat: quia ipe vere doctus erat vt etiaz patet in sermonibus quos compilauit. Delectabat etiam auditores: adeo vt vniuersaliter oēs verbis suis reuocillarētur tanq; si sumerent sapientissimū cibum. Flectebat insuper ⁊ mouebat hominū affectus: vt ostendemus in tertia conditiōe. Quare ipe sufficientissime docuit ⁊ ꝑdicauit. ¶ Secunda cōditio predicationis sancti bernardini dicit prudentia. Fuit enim prudentissimus ad euitāduz omnia illa: a quibus predicatores verbi diuini (debent abstinere: que sunt.

¶ Falsitas.
¶ Adulatio.
¶ Jactantia.
¶ Scandalum.
¶ Contentio.
¶ Superfluitas.
¶ Leuitas.

¶ Indiscretio.

¶ Primo abstinere debent pdicatores a falsitate. Non enī sunt assumenda aliqua falsa pro quacūq; vtilitate que posset inde sequi: quia sic veritas fidei redderet suspecta. argumentū di. ix. ca. Si ad scripturas. Ideo Augustinus ait xxij. q. ij. ca. Primū. Ad salutē non debet quis peruenire opitulāte mēdacio. Et idem pertractans illud apostoli. j. ad Cor. xv. ca. Inuenimur falsi testes. Perhorrendū est inquit aliqd falsē de deo dicere: etiam si ad laudem eius pertinere videatur. Non enim minore sed maiore fortassis scelere in deo laudatur falsitas: q̄ vitupretur veritas. Et idem in libro de mendacio. Mendacium maxime pernicios̄um ē quod fit in his que ad religionem christianaz pertinent Ideo doctores tenent q̄ si quis nō ex lapsu lingue sed ex industria diceret mendaciū in predicando mortaliter peccaret nec excusaret si hoc faceret causa cōuertendi animas ad deuz: quia vt ait apostolus. Deus non eget nostro mēdacio Tempore meo inuenti sunt aliqui fingētes z pdicantes miracula falsa visiones excogitatas Prophetias determinatas Fm suum sensū et alia huiusmodi qui tamen euanuerunt in cogitationibus suis. Nōnulli vero vt ignorantibus sapientes apparerēt falsas allegationes ad suum ppositum induxerunt. Vnde dum q̄daz amicus meus predicaret neapoli inducere voluit ad robur z cōfirmationem cuiusdam sui dicti sententiā cōmentatoris qui tamen forte nec i aliquo cōmento dictum illud tāgebat: et dum falso allegasset cōmentatorem. j. de anima. iij. ō anima. ij. phisicorū. iij. metaphisice z huiusmodi. Tandem multiplicādo verba dixit. Et hoc idem cōfirmat cōmentator. j. ethicorū. iij. ethicorum. vij. ethicorū. qui tamen de ethicis nō se intromisit. Ille idem fecerat sibi quādaz cathedram doctorum z falso illos inducebat dicens. Et hoc refert Augustin⁹ libro. ij. ō ciuitate dei z. iij. de trinitate. z in Encheridion z huiusmodi. Ita q̄ apud imperitos videbat homo mirabilis: sed apud doctos ignarus z mēdacijs plenus. ¶ Secundo pdicatores abstinere debent ab adulatione ne scilicet laudet populū in quibus reprehensibilis est quod est pessimum. Vel etiam de tēporalibus magnificētijs nisi forte ꝫ scōm fiat tēperate vt melius ferant correctionē duram imediate sequendaz. Adulari enī peccatoribus est graue peccatum. vt patet. xlvj. dis. ca. Sunt nōnulli. Et clericus adulationi seruiens degradari debet. eadem di. ca. Cleric⁹. Et nihil est miserius eo q̄ adulationib⁹ delectatur vt dicit. lxxxiij. di. c. Nihil illo pastore. Et vtilius est peccantem seuere corrigere q̄ adulādo palpare. v. q. v. ca. Non omnis. Et vtilius est z melius p veritate pati suppliciū: q̄ pro adulatiōe beneficiū. xj. q. iij. ca. Nemo. Et adulatio phibetur. C. Si quis aliquem testari phibuerit. Et est adulatio sermo prolatus vt placeat. ¶ Tertio debent pdicatores cauere a iactātia Sunt enī quidaz qui semper de se bene dicunt z alios contemnunt: de quibus Gregorius ait xlvj. di. ca. j. Habet hoc ppium doctrina arrogantiū vt nesciant humiliter docere q̄ sciunt. ¶ Quarto debēt predicatores cauere a scandalis prelatorum z aliorum maiorum vt non dicātur irrationabiliter eorum vitia: vnde sequitur q̄ nec illi emendantur nec populi pptereā edificant aut meliores fiunt. Et precipue caute agēdum cum loquunt predicatores de clericis: q̄z vt scribitur extra de imunitate ecclesiarum. ca. Clericis. Clericis laicos infestos opido. id est valde. Fm glosam tradit antiquitas. Idem. ij. q. vij. ca. Laicos. z ca. Laici ¶ Quinto debēt pdicatores prudentes cauere a cōtentionib⁹ cū alijs pdicatoribus. vnde apostol⁹. j. ad Timotheum. iij. ca. ait. Noli pretendere verbis: ad nil enim vtile est nisi ad subuersionē audientium. Nec ex hoc q̄ alius habeat maiorem cōcursuz qui sit etiā minus sciens predicator indignationem ostēdat. Naz et christus indignatus non fuit q̄ aliquādo Johānes baptista fuerit i maiori opinione populi q̄ ipe. Si autem audit aliū predicatorem dicere aliqua que non sūt reprobata nec contra fidem vel bonos mores sed dubia: q̄ quis ipe nō sit illius opinionis sufficit sibi dicere opinionē suam cuz suis rationibus et non impugnet alium odiose: quia hoc est intrare contētiones z scnndalizare populos. Si etiam audit predicatorem alium dixisse contra fidem z bonos mores vl determinata per eccle siā non credat faciliter nisi audiat a fide dignis Et tunc corrigat cum fraternaliter vt retractet Quod si ille noluerit facere tunc publice predicandum contra ipsum. Si autem predicator ipse admonitus errauit debet patienter audire et se corrigē dictaq; sua erronea emendare. ¶ Sexto predicatores prudētes debent abstinere a superfluitate z nimia prolixitate: quia vt puerbio dicitur. Gaudent breuitate moderni. ff. qō met⁹ causa. l. j. Et. C. de appellationib⁹. l. Ampliorem. §. In refutatorijs. Et. C. de precibus imperatori offerendis. l. Simili. vnde Gregorius in omelia ait. Alimēta que minus sufficiunt auidius sumūtur. ¶ Septimo abstinere debēt predicatores a leuitate ne dicant verba ociosa z fabulas ad puocādum risum. Et si aliquādo opus est facere populū attentum cū aliqua mō desta facecia tēperate fiat z raro. Nō sit etiā le

nis predicator ad ferendam sentẽtiam de quolibet actu q̃ sit peccatum mortale. Et in oñib⁹ vtatur grauitate sicut bos lapsus qui fortiter figit pedem. ¶ Octauo abstinere debẽt p̃dicatores ab indiscretione. Nam q̃dam inter mulierculas de subtilitatib⁹ theologie p̃dicãt. Alij doctis ⁊ sapientib⁹ viris fabulas narrãt Nõnulli in p̃cipuis ⁊ maximis ihu xpi ⁊ ỹginis matris aliorũq̃ sanctorũ solẽnitatibus de ludo alee: de blasfemia de vsura ⁊ similibus predicant. Nihil de copiosa materia festiuitatem occurrente tangentes. Heu non possum non accusare quẽdam qui in die natiuitatis ihu christi in ciuitate neritonensi de sodomia totum sermonẽ cõtexuit: cum tamẽ miranda occurrant de natiuitate christi iocũda. ¶ Plericq̃ etiam dum cõtra vitia inuehũt oñi honestate demissa talia loquũtur ⁊ dicunt qualia etiam in ore leonũ turpissima viderẽt. Hi nolunt audire verba sãcti frãcisci qui sic i regula fratrũ minorum sanctissime retulit. Moneo quoq̃ ⁊ exhortor cosdem fratres meos in domino ihu christo vt in p̃dicatione quam faciunt sint examinata ⁊ casta eorũ eloquia ad vtilitatẽ ⁊ edificationẽ populi. Annũciãdo vitia ⁊ virtutes penã ⁊ gloriã cũ breuitate sermonis In omnib⁹ predictis prudentissimus fuit p̃ ceteris predicatoribus horum temporum dux ille verbi sanctus Bernardin⁹ Nã semp recte incessit p̃dicauitq̃ veritatem sine falsitate: sine fictionibus: sine adulatione cum honore ⁊ reuerentia p̃latorum et totius cleri cum humilitate in ỹbis factis: cum patientia ad cõtentiones vitandas cũ mẽsura ⁊ modo: cũ grauitate ⁊ discretiõe multa adeo q̃ exceptis emulis eius sermo gratus dulcis ⁊ delectabilis fuit omnib⁹ doctis pariter ⁊ indoctis viris ⁊ mulieribus cunctisq̃ generib⁹ hominũ: put omnis italia clare firmtterq̃ testatur. ¶ Tertia conditio p̃dicationis sancti bernardini dicitur efficacia. ¶ Predicauit eñ cum admirabili animarũ fructu adeo q̃ oẽs italie ciuitates ⁊ maiores ⁊ mediocres ⁊ minores p̃ maiore parte sua doctrina reduxit ad christũ. Jp̃e peccatores conuertit. Jp̃e vsuras extinxit. Jp̃e multos habitum religionis induit. Jp̃e fratres de obseruãtia loca et monasteria cõstrui fecit. Jp̃e discordantes ad pacẽ reduxit. Jpse ad festa colenda populos traxit. Jp̃e denicq̃ cunctos mares ac mulieres vt deũ timerẽt amarẽt allexit. Testãtur hec oñia p̃clarissime inclitecq̃ italie vrbes. Roma. sena. perusia. florentia. bononia. ferraria. venetia. padua. verona. vincentia. brixia. mediolanum. ianua. ⁊ alie q̃plures. In q̃b⁹ ita efficaciter seminauit ỹba vite vt vsq̃ in p̃sentẽ diẽ adhuc gustẽt fructus p̃dicationũ suarum

Quinimo ⁊ si qui post ipm in officio p̃dicandi clari sunt habiti vt frẽs Johes de capistrano. Jacob⁹ de marchia. Matthe⁹ de sicilia. Antonius de botonto. Andreas de sancto geminio. Johes de prato. Jacob⁹ de donzellis de bononia. Herculan⁹ de perusio. Frãciscus ō treuio Siluester de senis. Antoni⁹ de arimino. Michael de mediolano. Bartholomeus de ayano Antonius de vercellis. Seraphin⁹ de gaieta. Cherubinus de spoleto. Frãciscus de spoleto. Hieronym⁹ de florẽtia. Dominic⁹ de goneſſa. Jacob⁹ de gallio. omnes frẽs minores in ỹ genere dicẽdi famosissimi ⁊ quicunq̃ alij etiaz de alijs ordinib⁹ mendicantiũ p̃ maiori pte conati sunt imitari modũ ⁊ regulã atq̃ stilum ipius sancti bernardini. Adhuc ⁊ multi ex his sermones illi⁹: populis p̃nũciarũt qui fruct⁹ vberrimos p̃duxerũt Ego etiã q̃ de bernardino ⁊ si i cõposite tñ nõ sine deuotiõe p̃cipua ista refero oẽm italiam lustrã p̃dicaui q̃ ãdraginta annis euangeliũ ihu xpi: bernardinũ habui i stilo p̃nũciãdi necnõ scribẽdi ptem ⁊ p̃ceptorem. Et lz illũ nõ viderim legi tñ ỹmones amenissimos quos cõpilauit. ¶ Predicaui ⁊ illos quãdoq̃ lz postmodũ alias ego ꝓfecerim. Ad vtiq̃ nõ ex p̃sumptione sed charitate ac necessitate temporũ volui tẽptare. Nam ⁊ p̃pter studia humanitatis quibus iam completa est oñis italia ⁊ p̃pter virorum doctissimorũ in qualibet facultate copiam ac etiã p̃pter subtilitatem populorũ qui quodãmodo p̃pter multarũ p̃dicationum frequentiã effecti sunt curiosi: consulte visum ẽ mihi agere vt sermones illos ꝓtexerem. Quare vt partem istã expediam cõcludo q̃ sanctus bernardinus fructuosissime p̃dicauit.

Qualit deus honorauit sanctum bernardinũ in miraculis. in canonizatione. ⁊ in gloria beata. Capl'm. iii.

Tertia excellẽtia p̃dicationis sancti bernardini: dicitur honorationis. Voluit eñ deus honorare illum triplici honore.

¶ ℙrimus ō miraculose rutilationis.

¶ Scds solennis canonizationis.


¶ Tertiꝰ superne glorificationis.

¶ ℙrimus honor fuit miraculorum rutilantium. Multa eẽdem miracula visa sũt de sancto isto. Nam eo mortuo in vigilia ascẽsionis iesu xpi. dum fratres eius socij in aquilano conuentu corpore in cellula cum luminarib⁹ solo dimisso incederẽt vt capsa celeriter fieret in q̃ corpus illud reconditum senas trãsportarent. Quidaz adolescẽs pasqualis nomine per multos ãnos

claudus q̄ nec rectus incidere poterat ꝫ manibus reptando ibat: cuius genua carnosa dura erāt ⁊ tumida a spū sācto inspirat⁹ sic reptando vt potuit ad cor⁹ sancti bernardini puenit: et deuotiõe inflāmat⁹ tetigit facie eius ⁊ inde genua sua cū fide infusa mirabili cõmēdans se sancto viro. Cox in pedes surrexit san⁹ ⁊ liber ⁊ currēdo cū lachrymis ⁊ clamorib⁹ exultatiõis ad eccl̄iam pperauit. Sentiũt oēs voces: vident libe⁹ quē viderāt vsu ambulādi p⁹iuatū. Mirant: gr̄as referũt oipotenti deo ⁊ sancto bernardino. Cõmouet ciuitas tota ⁊ fit cõcursus viro⁹ ac mulierũ. Ciues vo corpus ad ecclesiam cū hymnis ⁊ laudib⁹ ⁊ armato⁹ custodia deferri faciunt: socijs atq; sanct⁹ referunt ne thesau⁹ ipis a deo datũ inde amouere p̄sumāt vidi ego illũ pasqualē ⁊ secum locut⁹ sũ q̄ retulit oia q̄ narrata sũt. Eodez die iuuēcula q̄dam noie partia q̄ mēsib⁹ pluribus in lecto iacuerat nec p seip̄am poterat ambulare: patiebat etiaz vulnera q̄dam q̄ fistule dicunt a medicis: audiens sanatum pasqualē supliciter expostulauit ad cor⁹ sancti deferri. Quo cū pueniss̄et oratione q; facta incolumis redijt domũ nõ solum restituta viribus corpis ꝫ etiã eodez instanti a fistulis p̄fecte sanata. Hãc ego allocut⁹ sũ ⁊ parentes ac vicinos ei⁹ q̄ oēs affirmarũt sic esse vt expositũ est. Sicilia de spoleto vxo⁹ nobilis viri franciſci nõ valēs se mouere de lecto cū sic per plures annos molestata fuiss̄et: deducta ad cor⁹ sancti bernardini restituta ē optime sanitati. Et hec oia retulerũt multi spoletini etiaz ⁊ ipa q̄ p̄ma erat in eccl̄ia maiore dũ ibi vna q̄dragesima p̄dicaui. Alia mulier de populo q̄ ānis triginta septē oñi vsu ambulandi p̄uata extiterat ducta ad cor⁹ sancti bernardini mox sanitatē adepta est. Hãc ego vidi sanã ⁊ robustam ac si nullũ antea malu⁹ passa fuiss̄et. Sũt ⁊ alia istius sancti miracula multa vsq; in hodiernuz diem. Ad sacrũ cui⁹ tumulũ frequenter mēbra languentiũ modo sanitati quolibet morbo fuerint g̃uata restituunt. ¶ Scõs honor quo de⁹ honorauit sanctũ bernardinũ dr solennis canonizationis. Fuit eq̄dem canonizat⁹ cuz multa solēnitate ⁊ magnificētia p̄ ceteris q̄s vidimus canonizari. Nam tpe meo eugenius q̄rt⁹ canonizauit sanctũ nicolaũ de tolentino. Calixt⁹ tertius sanctũ vincentiũ ⁊ sanctũ osmundũ. Pius scõs sanctã katherinã de senis. Sixt⁹ quartus sanctũ Bonauenturã. Et nicolaus q̄nt⁹ sanctum bernardinũ. Sed in canizatione ist⁹ ta ꝓcurrerũt facientia ad gloriã eius: vid annus iubile⁹ quo ex oīb⁹ xp̄ianor⁹ p̄uinciis multitudo maxima ꝓfluebat ad vrbem. Et dies pēthecostes festum vtiq; solēnissimũ. Et generale capitulũ fratrum minor⁹ in q̄ ꝓuenerũt vltra q̄nq; milia fratrũ. Et ego de ipo post canonizationē sermonē ad populũ habui in quo ꝓcurrerunt multa milia viror⁹ ac mulier⁹. ¶ Tertius honor quo de⁹ honorare voluit sanctũ bernardinũ dr superne glorificationis. In celesti nanq; patria vltra essentiale p̄mium coronat aureola q̄ debet doctorib⁹ de q̄ dixim⁹ in ope de laudib⁹ sanctor⁹ in p̄mone de sancto petro martyre. Dicere itaq; possum⁹ illd̄ psalmiste. Magna est gl̄ia ei⁹: magna vtiq; in eccl̄ia militante maior in eccl̄ia triũphante. Quare ꝓuenienter de ipo referre possum⁹ qd̄ de paulo p̄mo heremita in sua vita hieronym⁹ scribit. Si mihi inquit lectionem optione dñs dignaret ꝓcedere magis eligerē tunicã pauli cū meritis ei⁹: ita ⁊ sancti bernadini q; regũ purpuras cum gēmis suis. Deprecemur ergo deũ celi vt p merita tãti sancti dignos efficiat nos sua gratia. Et tandem ad vitam p̄ducat eternam. Amen.

Clarissimi ac celeberrimi p̄conis fratris Roberti Caracioli de Licio: ordinis minorum: pontificis Aquinatis: opus de laudib⁹ sanctor⁹ accuratissime p Nicolaũ kesler Basilee impressum. Anno dñi. M. cccc xc. q̄rto kal. marcij. ⁊c.






colorchecker DIGITAL SG
DCSG - UBU # MX - 7181
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
x-rite
mm
0
1
2
3
4
5
6